transverſim undulato - plicatis (A. Argo) & interdum ſimul granulatis (ejusd. Var. vulgo Reisbrey-Nautilus), compreſſis, vel æqualibus (A. Argo, vitreus), vel inæqualibus, ſcil. altero latere planato, altero plus minusve convexo (A. Cornu, arcticus). TESTA porro eſt carinata, CARINA ſive DORSUM vel anguſte, vel late retuſum ſ. canaliculatum, utrinque ſubdentatum, dentibus mox oppoſitis, mox alternis (A. Argo), vel per medium ſubacutum dentatum (A. vitreus), vel convexiusculum ſ. obtuſum, leviter ſtriatum (A. Cornu, arcticus), ſimulque transverſim ſubnoduloſo - coſtatum (A. Cornu). ANFRACTUS ſunt repente dilatati, excepto A. arctico, vel obtecti (A. Argo), vel aperti, porro aut disjuncti (A. Cornu), aut contigui, deniqùe numero vel duo (A. Argo, vitreus), vel tres (A. Cornu), vel ſeptem apparenter tales, ſed veri ſolum duo (A. arct.). APERTURA vel ſubcordato-oblonga (A. Argo), vel dilatato-ſubrotunda, margine ſubreflexo repando (A. Cornu), vel oblongo-ovalis (A. vitreus), vel oblongo-coarctata (A. arcticus).

gentlich ſogenannten Nautilis (*unſern Schiffern*) *ähnlich werden; ihre Seiten ſind entweder ſanft geſtreift* (A. Cornu, arcticus) *oder in die Quere wellenförmig gefaltet* (A. Argo) *und bisweilen zugleich gekörnt* (*eine Abänderung deſſelben insgemein Reisbrey-Nautilus*), *zuſammengedrückt, entweder einander gleich* (A. Argo, vitreus) *oder ungleich, nehmlich eine Seite flach, die andere mehr oder weniger gewölbt* (A. Cornu, arcticus). *Die* SCHALE *iſt ferner gekielt, der* KIEL *oder* RÜCKEN *bald eng, bald weit, eingedrückt oder rinnenförmig, auf beyden Seiten gezähnt, wo die Zahne bald entgegen geſetzt, bald abwechſelnd ſind,* (A. Argo), *oder über die Mitte etwas ſcharf und gezähnelt* (A. vitreus), *oder ein wenig rundlich - erhaben, oder ſtumpf fein geſtreift* (A. Cornu, arct.), *auch zugleich querüber ein wenig erhaben geribbt* (A. Cornu). *Die* WINDUNGEN *nehmen ſchnell zu und ſind erweitert, ausgenommen der* A. Argo, *entweder bedeckt* (A. Argo), *oder ganz ſichtbar, ferner abſtehend* (A. Cornu) *oder anliegend, endlich der Zahl nach bald zwey* (A. Argo, vitreus), *bald drey* (A. Cornu), *oder dem Anſchein nach ſieben, wirklich aber nur zwey* (A. arcticus). *Die* MÜNDUNG *iſt entweder faſt herzförmig länglich,* (A. Argo), *oder ausgebreitet rundlich, mit etwas umgeſchlagenem ausgeſchweiftem Rande* (A. Cornu), *oder länglich oval* (A. vitreus), *oder länglich verengert* (A. arcticus).

Breviter adhuc notamus, epitheton: MEMBRANACEA, quod Linnæus in definitione ſua generica adpoſuit, propterea, quod non ſolum hujus generis, ſed adhuc permultis aliorum generum teſtis commune eſt, ſupervacaneum & huc non pertinens viſum ſtudio a nobis omiſſum eſſe.

COLOR plurimum albus eſt in Arg. Argo, interdum partim albidus flaveſcente vel fuſco mixtus.

PATRIA ſ. locus, ubi inveniuntur: Oceanus, mare Indiæ orientalis, mediterraneum (A. Argo); Oceanus ad Caput bonæ Spei Afric. Atlanticus ad Portugall. (A. Cornu); mare ad Grœnlandiam (A. arct.).

MENSURA: A. Argo 5 unc. — 1 ped. long.; A. vitrei $2\frac{1}{2}$—3 unc. long.; A. Cornu 4 — 5 lin. long.; A. arct. $3\frac{1}{2}$ lin. diam.

De his quatuor ſpeciebus nonniſi unicam ſcopo noſtro inſervientem, Argonautam Cornu, habemus, quam hic ſiſtimus.

Kürzlich bemerken wir noch, daſs das Beywort MEMBRANACEA (HAUTARTIG DÜNN), *das Linné in ſeiner Geſchlechts-Erklärung hinzugeſetzt hat, deſswegen, weil dieſe Eigenſchaft nicht bloſs dieſem Geſchlechte eigen, ſondern noch vielen von andern Geſchlechtern gemein iſt, uns überflüſſig und hierher nicht gehörig geſchienen hat, und wir alſo ſolches vorſetzlich weggelaſſen haben.* Die

FARBE *iſt meiſtens weiſs, bey dem* A. Argo *bisweilen weiſslich mit etwas gelb oder bräunlich gemiſcht.* Das

VATERLAND *oder der Ort, wo ſie gefunden werden, iſt das Weltmeer, das oſtindiſche, mittelländiſche* (A. Argo), *das beym Vorgebirge der guten Hoffnung in Afrika, atlantiſche bey Portugall* (A. Cornu), *bey Grönland* (A. Arcticus).

GRÖSSE *vom* A. Argo *5 Zoll bis* 1 *Schuh in der Länge;* A. vitreus $2\frac{1}{2}$ — 3 *Zoll lang;* A. Cornu 4 — 5 *Lin. lang;* A. arct. $3\frac{1}{2}$ *Lin. im Durchmeſſer.*

Von dieſen 4 *Arten haben wir nur eine Art, die zu unſerm Zwecke dienet, den* ARG. CORNU, *den wir hier darlegen.*

ARGONAUTA CORNU

WIDDERHORN-ARGONAUTE.

Germ. das antike Trinkhorn, *Spengler.*
Der kleine Papier-Nautilus, *Chemnitz.*
Der Papier Nautilus mit ſichtbaren Windungen, *Schröter.*
Gall. le Cornet de Chaſſeur, *Favann.*

TAB. I. Fig. *a. b. c. d. e.*

Linn. *Syſt. nat. edit. XIII. Gmel. p.* 3368. *ſp.* 4.
Spengl. *Beſchäft. d. Berliner Naturf.* 2. *Bd. pag.* 458. *Tab.* 13. *Fig.* 3. 4. 5.
Favann. *Conchyl. p.* 599 & 665. *Tab.* 5. *Fig.* 1.
Schröt. *Conch. Kennt.* 1. *Bd. p.* 6. *Nro.* 2.
Chemnitz *Conch. Cab.* 10. *Bd. p.* 4. *Tab.* 137. *Fig.* 1271 — 1373.
Schreibers *Conch. Kenntn.* 1. *Bd. p.* 2. *n.* 4.

TESTA ſubrotundata ſpiralis convoluta, tenuis, ſubpellucida, *anfractibus* tribus (in modum cornu arietis inflexis) conſpicuis ſ. apertis, disjunctis, amplitudine repente decreſcentibus; *ſpira* tota horizontaliter planata, ſtriis arcuatis ſubradiantibus leviſſimis notata (Fig. *b.*); latere oppoſito ſ. inferiore elevatiore medio retuſo ſ. quaſi umbilicato, ſimiliter ſtriato (Fig. c.); *dorſo* convexo, utrinque angulato, infra obtuſiore, transverſim ſ. ductui anfractuum parallele coſtato, coſtis quinque obtuſis interrupte leviter noduloſis, ſulcis quatuor intermediis planis radiatim ſubtiliter, ſed denſe ſtria-

Die SCHALE iſt etwas rundlich, ſpiral- oder ſchnirkelförmig zuſammen gerollt, dünn, ein wenig durchſichtig, hat drey ſichtbare von einander abſtehende (nach Art eines Widderhorns eingebogene) Windungen, *die in der Dicke jähe abnehmen; der* Wirbel *ragt gar nicht hervor, ſondern iſt horizontal gleich und völlig flach, mit bogenförmigen ziemlich ſtrahlartig auslaufenden feinen Streifen gezeichnet (Fig.* b.). *Die entgegen geſetzte oder untere Seite iſt mehr erhaben, in der Mitte eingedrückt, oder gleichſam genabelt, und auf gleiche Weiſe geſtreift (Fig.* c.). *Der* Rucken *iſt rund erhaben,*

tis (Fig. *d*, *e*.); *apertura* magna dilatata ſubrotunda, margine ſubreflexo, repando.

COLOR, albus.

PATRIA, Oceanus ad Promontorium bonæ Spei, *Spengl.*; mare ind. orient. *Favann.*; atlanticum ad litt. Portugalliæ, *Schreibers.*

MENSURA, 4 lin. diam. major. $2\frac{4}{7}$ lin. diam. min. $2\frac{1}{4}$ l. altitud. max. $1\frac{1}{7}$ l. alt. min.

Not. Niſi celeberrimorum in conchyliologia peritiſſimorum virorum D. D. *Spengleri*, *Schröteri* & *Chemnitzii* contra nos ſtaret auctoritas, qui cochleam hanc generi Linnæano *Argonauta* dicto appropriarunt, magnopere inclinaremus eam ad Turbines & quidem juxta Delphinum L. transferre, quibuscum, ſpinoſum ramoſumque ſi demas, magnam habet affinitatem, etiam quoad orificium, quod in noſtro ſpecimine non quadrangulare, uti vulgo deſcribitur, ſed rotundatum apparet.

auf beyden Seiten winkelig, doch unten ſtumpfer, nach der Schale, d. i. mit dem Lauf der Windungen parallel liegen fünf glatte, ſtumpfe, abſatzweiſe ſchwachknotige Ribben, welche zwiſchen ſich vier flache Furchen, oder vertiefte Zwiſchenräume bilden, die gegen den Mittelpunkt zu ſtralig, zart, aber dicht geſtreift ſind, (*Fig.* d. e.). *Die* Mündung *iſt groß, erweitert, beynahe rund, mit einem etwas ausgebogenen und ausgeſchweiften Rande.*

FARBE, weiß.

VATERLAND, das Weltmeer am Vorgebirge der guten Hoffnung, Spengler; *oſtindiſche Meer*, Favann; *das atlantiſche an der Küſte von Portugall*, Schreibers.

GRÖSSE, 4 Linien groß. Durchm. $2\frac{4}{7}$ *Lin. klein. Durchm.* $2\frac{1}{4}$ *Lin. gr. Höhe,* $1\frac{1}{7}$ *Lin. kl. Höhe.*

Anmerk. *Wenn wir nicht das Anſehen erfahrner Konchyliologen, eines* Spenglers, Schröters *und* Chemnitz *wider uns hätten, die dieſe Schnecke in das Linn. Geſchlecht* Argonauta *geſetzt haben, ſo wären wir ſehr geneigt, dieſelbe zu den Mondſchnecken neben den Delphin* (Turbo Delphinus L.) *zu ſetzen, mit welchem ſie, das Dornige und Lappige oder Aeſtige ausgenommen, ſehr viel gemein hat, auch in Rückſicht der Mündung, die an unſerm Stücke nicht viereckig, wie ſie insgemein beſchrieben worden iſt, ſondern rundlich ſich zeigt.*

NAUTILUS.

TESTA univalvis, ſpiralis involuta, polythalamia;

ANFRACTUS contigui, obtecti, concamerati;

THALAMI ſimplices, rarius iterum loculati, transverſim diſtincti

ISTHMIS ſeu Diſſepimentis fornicatis perforatis

SIPHONE quandoque teſtaceo interrupto, ſaepe contiguo, includente nervum, vel *tubulum cutaceum* per totam teſtam continuum;

ORIFICIUM vel ſimplex, vel pluribus foraminibus compoſitum.

SCHIFFER.

Die SCHALE *beſtehet aus einem Stücke, iſt ſchnirkelförmig eingerollt, vielkammerig; die*

WINDUNGEN ſind anliegend, bedeckt, in mehrere Fächer eingetheilt; die

KAMMERN ſind gewöhnlich einfach, ſeltner wiederum in kleinere Fächer eingetheilt, in die Quere durch

SCHEIDEWÄNDE unterſchieden, die gewölbt und durchlöchert ſind mittelſt einer

SAUGRÖHRE, die aus ſchaligen Beſtandtheilen beſteht, die manchmahl in einem fortgehet und eine durch die ganze Schale fortlaufende häutige Röhre *einſchlieſſt; die*

MÜNDUNG *iſt bald einfach, bald beſteht ſie aus mehrern Öffnungen.*

Cum ſemper ægre & ſolo veritatis amore, neutiquam novationis pruritu, ducti aliam, quam quæ a claris Viris ſtabilita & unanimi fere conſenſu recepta eſt, ſequamur ſententiam, ſic etiam hac vice in conſtituendo & arctioribus limitibus, quam ab Illuſtri Linnæo factum eſt, coërcendo Nautili genere non niſi urgente, uti ſaltem nobis perſuaſum habemus, neceſſitate commoti ſumus, ut ea teſtacea univalvia polythalamia, quæ licet ſtructura habituque magna ex parte lon-

Da wir allezeit ſchwer daran kommen und keineswegs durch Neuerungſucht geleitet werden, eine andere Meinung aufzuſtellen, als diejenige, die von berühmten Männern feſtgeſetzt und durch einhellige Übereinſtimmung aufgenommen iſt, ſo wurden wir auch jetzt bey genauer Beſtimmung des Geſchlechts Nautilus und deſſen Einſchränkung in engere Gränzen, als das von Linné ſo genannte hat, bloß durch die dringende Nothwendigkeit, wie wir wenigſtens unſeres Theils dafür hal-

ge inter ſe diverſa in unum ideoque nimis laxum genus a Linnæo coacervata & quaſi coarctata ſunt, in quatuor dispertiverimus genera, reſervata primo generi denominatione *Nautili*, reliquis *Hammonii*, *Litui* & *Orthoceratis* nomine impoſito, quæ quidem non inconſueta, ſed olim jam quibusdam ſpeciebus data ſunt. Conatus noſtros dijudicent doctioris ingenii neutriusque partis ſtudioſi Conchyliologi.

ten, dahin veranlaſſet, daß wir diejenigen Schalthiere, deren Gehäuſe nur aus einem Hauptſtücke beſteht, aber vielfächerig iſt, welche insgeſammt, ſo ſehr verſchieden ſie auch groſſen Theils ihrem Bau und äuſſerlichen Anſehen nach von einander ſind, Linné in ein einziges und daher allzuſehr ausgedehntes Geſchlecht zuſammengehäuft, und gleichſam zuſammen gedränget hat, in vier Geſchlechter zertheilten, für das erſte den Nahmen Nautilus *beybehielten, den drey übrigen aber die Benennung* Hammonium, Lituus *und* Orthoceras *beylegten, die zwar an ſich nicht neu, ſondern ehemals ſchon verſchiedenen Arten gegeben worden ſind. Ob wir hierin wohl gethan haben, überlaſſen wir Konchyliologen von tieferer Einſicht und unbefangenem Gemüthe zur Beurtheilung.*

Ut character, quo hæc quatuor genera a ſe invicem differunt, clarius eluceſcat citiusque poſſit concipi, cujuslibet trium poſteriorum definitiones hic ſiſtimus.

Damit aber der charakteriſtiſche Unterſchied zwiſchen dieſen vier Geſchlechtern beſſer erhelle und geſchwinder eingeſehen werden möge, wollen wir auch die Erklärungen der drey folgenden Geſchlechter gleich hierher ſetzen.

HAMMONIUM teſta univalvi ſpirali, convoluta, polythalamia; *Anfractibus* vel utrinque, vel ſolum ſupra conſpicuis, contiguis, concameratis; *Thalamis* ſimplicibus, vel rariſſime iterum concameratis; *Iſthmis* transverſis fornicatis pertuſis *Siphone* teſtaceo laterali (in pluribus, an in omnibus?); *Orificio* lineari in latere inferiore, rarius antice.

Das HAMMONIUM iſt einſchalig, ſchnirkelförmig, zuſammen gerollt, und vielkammerig; die Windungen *ſind entweder auf beyden Seiten, oder wenigſten oben ſichtbar, anliegend, gekammert; die* Kammern *einfach, oder ſehr ſelten wiederum mit mehrern Fächern verſehen, in die Quere durch* Scheidewände *unterſchieden, die gewölbt und durchlöchert ſind von einer hartſchaligen* Saugröhre,

LITUUS testa univalvi recta vel subarcuata, apice incurvato-spirali, polythalamia; *Anfractibus* vel contiguis, vel disjunctis, mox conspicuis, mox obtectis; *Thalamis* simplicibus transverse distinctis *Isthmis* fornicatis; *Orificio* vel centrali orbiculari, vel transversim lineari interrupto, aut simplici aut duplici serie pororum (an simul apertura siphonis?).

Der LITUUS ist einschalig, gerade, manchmahl etwas gebogen, in beyden Fällen am obern Theile oder an der Spitze schnirkelförmig eingekrümmt, vielkammerig; die Windungen *der Spitze sind entweder anliegend, oder abstehend, bald sichtbar, bald bedekt; die* Kammern *einfach, nach der Quere abgetheilt durch gewölbte* Scheidewände; *die* Mündung *ist bald in der Mitte kreisrund, oder querüber strichförmig unterbrochen, bald in einfacher, bald in doppelter Reihe von kleinen Löchern (ist vielleicht auch zugleich die Oeffnung der Saugröhre?).*

ORTHOCERAS testa univalvi porrecta, vel stricta, vel subarcuata, apice recto, quandoque inflexo, polythalamia; *Thalamis* simplicibus, aut uniseriatis, aut alternantibus; *Dissepimentis* vel transversis, vel obliquis, fornicatis, vel angulato-flexuosis; *Siphone* (in quibusdam testaceo, an in omnibus?) vel centrali, vel laterali; *Orificio* orbiculari, vel ovali, vel lineari, aut centrali, aut laterali (an simul siphonis ultima apertura?).

Das ORTHOCERAS ist einschalig, ausgestreckt, entweder ganz gerade, oder etwas gekrümmt, an der Spitze gewöhnlich ganz gerade, zuweilen ein wenig umgebogen, vielkammerig; die Kammern *sind einfach, entweder in gerader Reihe, oder wechselweise über einander stehend; die* Scheidewände *stehen entweder quer über oder schief, sind entweder gewölbt, oder winkelig hin und her gebogen; die (in einigen Arten, vielleicht in allen, hartschalige)* Saugröhre *ist bald in der Mitte, bald an der Seite; die* Mündung *entweder kreisrund, oder oval, oder strichförmig, bald in der Mitte, bald an der Seite (etwa zugleich die letzte Oeffnung der Saugröhre?).*

Ex his quatuor juxta ſe poſitis definitionibus genericis, deſumtis potiſſimum a ſpeciminibus naturalibus, adhibita parciori comparatione cum quibusdam foſſilibus (licet attentiorem horum contemplationem ad majorem illorum illuſtrationem non parum nobis contuliſſe candide fateamur), ſatis patebit, qualis intercedat differentia.

Dieſe neben einander geſetzte vier Geſchlechts-Erklärungen ſind hauptſächlich nach Stücken in ihrem natürlichen Zuſtande entworfen. Doch hat man auch ſparſam Vergleichungen mit einigen foſſilen angeſtellet; dabey wir freymüthig geſtehen, daß die aufmerkſamere Betrachtung dieſer letztern uns nicht wenig zu näherer Beleuchtung jener, der natürlichen, behülflich geweſen iſt. Aus dieſen Erklärungen nun wird zur Genüge der Unterſchied erhellen, der zwiſchen unſern vier Geſchlechtern obwaltet.

Differt nimirum NAUTILUS anfractibus *obtectis* ab Hammonio. Porro differt forma *ſpirali* ab Orthocerate, & denique forma *tota ſpirali* a Lituo.

Der NAUTILUS unterſcheidet ſich nehmlich durch die bedeckten *Windungen vom Hammonium, ferner durch die* ſchnirkelartige *Geſtalt vom* Orthoceras, *und endlich durch den* vollkommen ſchnirkelförmigen *Bau vom Lituus.*

HAMMONIUM diſtinguitur anfractibus *omnibus* vel utrinque vel ſaltem altero latere *conſpicuis* a Nautilo; ſtructura *ſpirali* ab Orthocerate, & *tota ſpirali* a Lituo.

Das HAMMONIUM zeichnet ſich durch alle *ſeine entweder beyderſeits, oder wenigſtens einerſeits* ſichtbare *Windungen vom Nautilus aus, durch den* ſchnirkelförmigen *Bau vom Orthoceras, und durch den* ganz ſchnirkelförmigen *vom Lituus.*

LITUUS differt parte *porrecta* a Nautilo & Hammonio; et parte *ſpirali* ab Orthocerate.

Der LITUUS weicht durch den gerade ausgeſtreckten *Theil vom Nautilus und Hammonium ab, und durch den* ſpiralförmigen *Theil vom Orthoceras.*

ORTHOCERAS denique diſcedit forma *tota ſtricta*, vel plus minusve *arcuata*, a tribus præcedentibus generibus, licet inter hæc duo poſteriora genera, Lituum nempe & Orthoceras, ſicut inter duo anteriora, Nautilum & Hammonium,

Das ORTHOCERAS endlich unterſcheidet ſich durch ſeine völlig gerade, *oder doch nur mehr oder minder* gekrümmte *Geſtalt von den drey vorgehenden Geſchlechtern, obwohl nicht kann geläugnet werden, daß zwiſchen den beyden letztern*

magnam verſari affinitatem negari haud quaquam poſſit.

Ceterum hæc quatuor genera differunt ab omnibus aliis hucusque notis teſtaceorum generibus in eo, quod *polythalamia* ſint, reliqua vero omnia ſolummodo *ſimplici cavitate* gaudeant, ſi aliquot ſerpulas excipias, (Linnæus de unica ſolum ſpecie locutus eſt, quam ſerpulam polythalamiam κατ' ἐξοχην nuncupavit, cum tamen alias etiam iſthmis interſeptas invenerimus), quæ autem viciſſim a noſtris generibus in eo diſcedunt, quod *adhæreant* aliis corporibus, quod ſecus in præfatis generibus, quæ *libera* ſunt, quo non ſolum cum ſerpula ſeminulo Linn. (quæ vero nobis proprium genus *Frumentarii* nomine conſtituit), ſed & hoc conveniunt, quod dicta Serp. Seminulum quoque multilocularis ſit.

Ad Polythalamia referri poſſunt Teſtæ hammoniformes Dni. Abbatis Soldani Teſtaceographia T. I. P. I. tab. 68--83. & certo reſpectu variæ polymorphæ P. II. tab. 109 — finem diſperſæ.

Circa genus noſtrum *Nautilus* dictum, cui nomen hoc jam tritum, a Nautilo Pompilio, qui agmen ducit, depromptum, & a Linnæo generi ſuo impoſitum, reſervare maluimus, quam novum

dem Lituus nehmlich und Orthoceras, ſo wie zwiſchen den beyden erſtern, dem Nautilus und Hammonium, ſehr viel Übereinſtimmung herrſche.

Übrigens unterſcheiden ſich dieſe vier Geſchlechter von allen übrigen bisher bekannten Schalthier-Geſchlechtern dadurch, daß ſie vielkammerig *ſind, alle übrige aber nur eine* einfache Höhlung *haben, etliche Serpulæ ausgenommen (Linné hat nur eine einzige Art genannt, die er vorzugsweiſe die vielkammerige nannte, da wir doch auch andere mit Scheidewänden begabte gefunden haben), welche aber wiederum darin von unſern Geſchlechtern abgehen, daß ſie an andere Körper ſich* anſetzen, *da hingegen erwähnte Geſchlechter* frey *ſind, worin ſie nicht nur mit der Serpula Seminulum Linn. (die aber bey uns ein eigenes Geſchlecht unter dem Nahmen* Frumentarium *ausmacht), ſondern auch darin übereinkommen, daß gedachte Serpula Semin. auch mehrfächerig iſt.*

Zu den vielkammerigen Konchylien können auch gerechnet werden die Teſtæ hammoniformes des Hrn. Abts Soldani *in ſeiner Teſtaceographia T. I. P. I. Tab.* 68--83, *und gewiſſermaſſen auch verſchiedene vielerley geſtaltete, die ſich im P. II. Tab.* 109 *bis ans Ende zerſtreuet finden.*

In Anſehung unſeres Geſchlechtes, Nautilus *genannt, für welches wir dieſen bereits bekannten vom Nautilus Pompilius L. als der erſten Art hergenommenen und von Linné ſeinem Geſchlechte beygelegten*

magis ignotum condere, quædam adhuc monenda ſunt; præſertim quæ ad ſpecialiorem partium ſtructuram variarum ſpecierum ſpectant, & ad faciliorem harum cognitionem contribuere poſſunt.

a. Omnes hujus generis ſpecies habent TESTAM vel orbicularem ſ. rotundatam, vel ſubovalem, vel ſubovatam, aut *ambitu* integro, aut repando, aut angulato, aut obtuſo, aut carinato, mox dentato, mox ſpinoſo ſeu aculeato, mox inermi, *ſuperficie* lævi, ſtriata, ſtrigillata, coſtata, punctata, punctis vel elevatis, vel excavatis, granulata, tuberculata, tuberculis vel globularibus, vel irregularibus. Porro teſta eſt *involuta*, ubi nimirum anfractus interiores ſpiraliter circumvolvuntur ab exterioribus ita, ut utroque latere nonniſi extimus conſpicuus ſit, (anfractibus obtectis), ex. gr. Nautilus Vortex gyris partim apertis (Tab. 2. fig. *h.*) & Naut. lenticularis per axem dimidiatus (Tab. 7. fig. *d.*) Hac ſtructura Nautilus convenit cum Cypræis & aliquot Bullis Linnæi, cum contra ille diſcrepet ab omnibus reliquis teſtaceis ſpiraliter contortis, quibus plurimis eſt teſta *convoluta*, ſcilicet ubi anfractus interiores ab exterioribus ita ſpiraliter circumvolvuntur, ut omnes vel utrinque, vel ſaltem altero latere manifeſte appareant, (anfractibus apertis ſive conſpicuis). Hujusmodi ſunt: Argonautæ, Hammonia, Co-

Nahmen lieber haben beybehalten, als einen neuen weniger bekannten ſchöpfen wollen, kommt noch ein und anderes zu bemerken, beſonders was den näheren Bau der Theile an verſchiedenen Arten angehet, und zu leichterer Kenntniß derſelben beytragen kann.

a. *Alle Arten dieſes Geſchlechts haben entweder eine kreisrunde, oder etwas ovale, oder ziemlich eyförmige* SCHALE, *deren* Umkreis *entweder ganz, oder ausgeſchweift, oder winkelig, oder ſtumpf, oder gekielt, bald gezähnt, bald dornig, oder ſtachelig, bald ohne dergleichen Auswüchſe iſt, auf der* Oberfläche *glatt, geſtreift, geſtrichelt, geribbt, erhaben oder vertieft punktirt, gekörnt, höckerig, mit Kügelchen oder unregelmäßigen Höckerchen. Ferner iſt die* Schale eingerollt, *oder* in ſich ſelbſt gewunden, *wo nehmlich die innern Windungen von den äußern ſchnirkelförmig umwunden, oder ſo eingewickelt werden, daſs auf jeder Seite bloſs die äuſſerſte ſichtbar iſt (verdeckte Windungen), z. B. der Nautilus Vortex mit zum Theil geöffneten Windungen (Tab. 2. fig.* h), *ingleichen N. lenticularis durch die Axe zur Hälfte getheilet (Tab. 7. fig.* d.). *Durch dieſen Bau kommt der* Schiffer *mit den* Porzellanſchnecken (*Cypræa L.*) *und einigen* Blaſenſchnecken (*Bulla L.*) *überein; hingegen unterſcheidet er ſich von allen andern ſchnirkelförmig gewundenen Schalthieren, die eine* zuſammen gewundene *oder* zuſammen gerollte *Schale haben, nehmlich,*

ni, quædam Bullæ & Volutæ, omniaque illa teſtacea, quæ ſenſu Linnæi ſpira regulari gaudent, quibus accenſeantur etiam aliquot Serpulæ [a]).

wo die innern Windungen von den äuſsern dergeſtalt ſchnirkelförmig umwunden werden, daſs alle entweder auf beyden Seiten, oder wenigſtens auf einer Seite von einander unterſchieden werden können (ſichtbare Windungen), *dergleichen ſind die Argonauten, Amonshörner* (*Hammonia*), *Kegelſchnecken, einige Blaſenſchnecken, die Walzen- oder Faltenſchnecken, und alle jene Schalthiere, die nach der Linneiſchen Bedeutung regelmäſsige Windungen haben, welchen auch einige Serpulæ beyzuzählen ſind* [a]).

a) Vocibus *involutum* & *convolutum* in aliquali alio ſenſu utimur, & ni fallimur, diſtinctiori, quam in Murray fundam. teſtaceolog. (Linn.) explicatæ ſunt. Sic etiam teſta *ſpiralis* nobis eſt, ubi paries teſtæ externus continuus circa centrum vel axin ita volvitur, ut vertendo ſpatium a centro vel ab axi antrorſum proportionate (vel lente, vel repente) dilatetur.

Antrorſum, quod a centro vel axe verſus latiorem partem & aperturam ſ. in polythalamiis verſus ultimum thalamum vergit.

Retrorſum, quod a parte latiori verſus anguſtiorem ſeu centrum ſive primum thalamum vergit. E. g. *Iſthmi* (in polythalamiis) *antrorſum convexi* (ſ. *retrorſum concavi*) ſunt, qui latus convexum verſus partem teſtæ dilatatiorem (ſ. latus concavum verſus anguſtiorem) vertunt. *Iſthmi retrorſum convexi* (ſ. *antrorſum concavi*), qui latus convexum verſus partem anguſtiorem (ſ. latus concavum verſus laxiorem partem) vertunt.

a) *Wir gebrauchen die Wörter:* involutum (eingerollt) *und* convolutum (zuſammengerollt) *in einer etwas anderen, und wenn wir nicht irren, deutlichern Bedeutung, als ſie in Murray's Fundamentis teſtaceologiæ* (*linnæan.*) *erklärt ſind; ſo nennen wir auch diejenige Schale* ſchnirkelförmig *gewunden, wo die äuſsere aus einem Stücke beſtehende Wand um den Mittelpunkt oder um die Axe ſo gewunden iſt, daſs beym Umwälzen der Raum vom Mittelpunkt oder von der Axe aus* vorwärts *verhältniſsmäſsig entweder allmählig, oder ſchnell, ſich erweitert.*

Vorwärts *heiſſen wir, was ſich vom Mittelpunkt oder der Axe aus gegen den weitern Theil und die Öffnung, oder bey den vielkammerigen gegen die letzte Kammer zu wendet.*

Rückwärts *iſt, was vom weitern Theile gegen den engern oder gegen den Mittelpunkt, oder die erſte* (*innerſte*) *Kammer zu ſich kehret. Z. B. Die* vorwärts gewölbten Scheidewände (*bey den vielkammerigen*) *oder* rückwärts hohlen *ſind diejenigen, welche die gewölbte oder erhabene Seite gegen den erweiterten Theil der Schale, oder die hohle Seite gegen den engern Theil wenden. Die* rückwärts convexen *oder* gewölbten *Scheidewände, oder* vorwärts hohlen, *ſind, welche ihre convexe Seite gegen den engern Theil der*

b. ANFRACTUS ſunt omnes contigui, extus mox læves, mox ſtriati, mox coſtati, vel punctati, punctis elevatis, aut excavatis, vel granulati, vel tuberculati, aut planati, aut toruloſi [b]) ſeu articulati, intus concamerati, ſive in plura loculamenta ſeu thalamos diviſi.

Antrorſum et *retrorſum* ergo non ſignificat id, quod *anticum* et *poſticum*, quibus vocibus Linnæus in deſcriptione Labri ſignificatione ſpecialiori utitur; *pars antica* enim labri ipſi eſt, quæ ad ſpiram vergit, et *poſtica*, quæ ad caudam.

b) *Toroſum*, *toruloſum* in ſenſu Linnæi idem eſt, ac tumidum, valde convexum. *Articuli toroſi*, i. e. valde convexi, e. gr. Naut. (nobis Orthoceras) Raphaniſtrum, Raphanus, Granum, Radicula Linn.; hinc *Anfractus toruloſi:* ii anfractus, qui inter genicula tumidiores ſunt (Fundam. teſtaceolog. in Schröteri Ephemerid. litter. hiſt. nat. (germ. Für die Litteratur d. Naturg. 1782. Tom. I. p. 214. (Naut. Beccarii L.) ſive anfractus valde convexo-articulati, id eſt, qui aliquot geniculis ſ. coarctationibus in aliquot convexos articulos diſtincti ſunt. Non *tortuoſi* (gekrümmt, gedreht), uti Dno. Schrötero (Einleit. Conch. Kenntn. T. I. p. 11. ad N. Becc.) viſum et a D. Gmelino (Linn. ſyſt. nat. ed. XIII. T. 6. p. 3370. Sp. 4.) repetitum eſt.

b. *Die WINDUNGEN ſind alle anliegend, außen bald glatt, bald geſtreift, bald geribbt, entweder punktirt mit erhabenen oder vertieften Punkten, oder gekörnt, oder höckerig, entweder niedergedrückt oder flach, oder rund erhaben* [b]), *oder gegliedert, inwendig gekammert oder in viele Fächer oder Kammern eingetheilet.*

Schale, oder ihre hohle Seite gegen den weitern Theil hinkehren.

Vorwärts *und* rückwärts *bedeutet demnach nicht das*, *was* anticum *und* poſticum, *welcher Wörter ſich Linné in Beſchreibung der äußern Schalenlippe in beſonderem Sinne bediente, anzeigen ſoll; denn* pars antica, *der* vordere Theil *der Lippe, heißt bey ihm derjenige, der ſich nach der Spitze zu wendet, und* poſtica, *der* hintere Theil, *derjenige, der ſich gegen den Schwanz, (die untere Verlängerung der Schale) hin neiget.*

b) Toroſum, toruloſum *iſt im linneiſchen Sinn ſoviel als aufgeblaſen, ſtark erhaben, hoch gewölbt;* Articuli toroſi *ſind alſo ziemlich rund erhabene oder gewölbte Glieder, z. B. Naut. (nobis Orthoceras) Raphaniſtrum, Raphanus, Granum, Radicula Linn. folglich* anfractus toruloſi *erhaben gegliederte Windungen, anfractus, qui inter genicula tumidiores ſunt (Fundam. teſtaceol. in Schröters Tagbuch. Für die Litteratur der Naturg. 1782, I. Bd. S. 214) d. i. die aus gleichen gewölbten Gliedern zuſammengeſetzte Windungen, oder die durch mehrere Einziehungen (Verengerungen, genicula) in etliche gewölbte (rund erhabene, convexe) Glieder abgetheilt ſind (z. B. Naut. Beccarii Linn. oder unſer Hammonium Beccarium). Nicht etwa* tortuoſi, *gekrümmte, gedrehte Windungen, wie es Herrn Schröter (in ſeiner Einleitung in die Conchylienkenntn. I. Bd. S. 11. beym N. Beccarii) geſchienen hat und von Hrn. Gmelin (Linn. Syſt. N. edit. XIII. T. 6. p. 3370. Sp. 4.) wiederholet worden iſt.*

c. THALAMI vel ſimplices ſ. uniloculares ſunt (teſta ſimpliciter concamerata), vel denuo in multos loculos transverſim ſubdiſtinctis (teſta duplicato-concamerata). Thalami etiam differunt numero, in extimo anfractu plurimarum ſpecierum viſuntur 12 — 14, quandoque 5 (N. coſtatus), 5 — 9 (N. Calcar), rarius 20, 24, 30, 48, (præſertim in Naut. duplicato-concameratis, (Naut. crispus, angulatus, craticulatus, ſtrigilatus,), 52 (N. aduncus). In paucis ſpeciebus nulli thalami extrinſecus conſpicui ſunt (N. Mamilla, Orbiculus, Spengleri). Reſpectu curvitatis thalamorum quoque magna eſt diverſitas, quædam enim ſpecies, præcipue duplicato-concameratæ, thalamos habent valde arcuatos, quorum aliquot duas tertias ambitus occupant, aliæ contra tam leviter curvatos, ut iſthmi fere recti appareant. Denique latitudo eorum etiam variat, atque in duplicato-concameratis iſthmorum transverſalium parvorum ſ. ſecundariorum loculorum diſtantia. Propter magnum hoc evidens inter thalamos tam quoad ſtructuram, quam numerum, intercedens discrimen, cum nimirum ſpecimina obveniant, quibus ſunt thalami, ut ita dicamus, primarii, circa 50 — 52 denuo in loculos ſecundarios circiter 1000 (Naut. aduncus) iſthmulis transverſis, ſeu ambitui teſtæ parallelis, rectis, non arcuatis, uti primarii, ſubdiviſi, nobis genus hoc noſtrum in duas familias, in ſimpli-

c. *Die KAMMERN ſind bald einfach, bald einfächerig (einfachkammerige Schale) bald abermahl in viele kleinere Fächer in die Quere unterabgetheilt, (doppeltkammerige Schale). Die Kammern ſind auch in der Anzahl unter ſich verſchieden, indem man in der äußerſten Windung der mehreſten Arten 12 — 14 ſehen kann, manchmal 5 (N. coſtatus), 5 — 9. (N. Calcar) ſeltner 20 — 24, 30, 48, vorzüglich an den doppeltgekammerten (am N crispus, angulatus, craticulatus, ſtrigilatus), 52 am N. aduncus. Wenige Arten ſind, wo außen gar keine Kammern ſichtbar ſind (N. Mammilla, Orbiculus, Spengleri). In Anſehung der Krümmung der Kammern herrſcht ebenfalls eine groſſe Verſchiedenheit; indem einige Arten, beſonders die doppelt kammerigen, ſtark gebogene Kammern haben, wovon einige zwey Drittheile des Umkreiſes ausmachen, andere hingegen ſo wenig gebogene, daſs die Scheidewände faſt gerade erſcheinen. Endlich iſt auch ihre Breite ungleich, und in den doppeltkammerigen die Entfernung der in die Quere ſtehenden Scheidewände der kleinen Fächer von einander, bald gröſſer, bald kleiner. Wegen dieſes auffallenden Unterſchieds der Kammern ſowohl in Anſehung des Baues, als der Anzahl, indem nehmlich Stücke vorkommen, die ungefähr 50 — 52 Hauptkammern, wenn man ſie ſo nennen will, haben, die wiederum in beyläufig 1000 kleine oder, ſo zu ſagen, Nebenkammern*

citer nempe et duplicato - concameratas diſpeſcentibus vitio verſurus erit facile nemo. Utrum vero hujus poſterioris familiæ ſpecies a hocce genere potius ſeparandæ inque proprium genus coërcendæ eſſent, porro an Siphone & hoc caſu cujus ſtructuræ, item quali orificio gaudeant, denique an incola hujusmodi teſtarum iis, qui teſtas aliarum ſpecierum primæ familiæ inhabitant, aliquo modo ſimilis ſit, vel ſi cum eo teſtæ ſtructuram comparamus, forte ab iis diverſam habeat formam (licet de incolis hic ſermo non eſt, cum nonniſi domunculas eorum tractemus), propter ſpecierum inopiam ſpeciminumque magnam raritatem, atque prædictarum partium neceſſario præſumendam minutiem, dijudicare non poſſumus.

(*Naut. aduncus*) *durch quer ſtehende oder mit dem Umkreis der Schale parallele gerade Scheidewände* (*nicht gebogene, wie die Hauptſcheidewände*) *unterabgetheilt ſind, haben wir dieſes unſer Geſchlecht in zwey Familien, nehmlich in ſolche mit einfachen Kammern, und in doppelt gekammerte, eingetheilt, welches uns wohl ſo leicht Niemand verdenken wird. Ob aber die Arten dieſer letztern Familie von dieſem Geſchlecht lieber ganz abzuſondern, und ein eigenes Geſchlecht daraus zu errichten wäre; ferner ob ſie einen Sipho, und wenn dieſs wäre, von welchem Bau, ingleichen was ſie für eine Mündung haben; endlich ob der Bewohner dergleichen Schalen denen, die in den Schalen anderer Arten aus der erſtern Familie wohnen, einigermaſsen ähnlich ſey, oder wenn man den Bau der Schale mit ihm zuſammen hält, vielleicht eine von ihnen unterſchiedene Geſtalt habe, (obwohl von den Einwohnern hier die Rede nicht iſt, da wir bloſs von ihren Gehäuſen handeln), können wir aus Mangel genugſamer Arten und wegen groſser Seltenheit der Stücke, auch in Anſehung der nothwendig zu vermuthenden Kleinheit gedachter Theile, darüber keine Entſcheidung fällen.*

d. DISSEPIMENTA, ISTHMI, PARIEETES INTERGERINI, INTERSEPTA, quibus anfractuum ſpatium vacuum in plura loculamenta, thalamos, cameras, cellulas transverſim, vel potius a centro radiatim proportionate an-

d. *Die SCHEIDEWÄNDE, ZWISCHENWÄNDE, mittelſt welcher der leere Raum der Windungen in mehrere Fächer, Kammern oder Zellen, der Quere nach, oder vielmehr vom Mittelpunkt aus ſtrahlig vorwärts in der Weite verhältniſsmäſsig*

trorſum amplitudine creſcentia dividitur, ſunt fornicata ſeu convexo - concava, vel perfecte, vel quandoque ſubflexuoſa.

Notatu dignum, omnes, quas habemus vidimusque hujus generis ſpecies microſcopicas, diſſepimentis antrorſum convexis præditas, neque quidem duplicato-cencamerատas exceptas eſſe, & nonniſi Nautilum Pompilium omnium inter naturales congeneres magnitudine longe principem ſolum iſthmis antrorſum concavis gaudere. Diximus inter *naturales*; inter foſſiles enim dantur, licet rarius, Nautilitæ longe majoris molis, ut & minores, iſthmis antrorſum concavis gaudentes, ſed non inter microſcopicos, ſi ſpecimen a Dno. Abbate *Soldani*, cujus iconibus ſaepius, ſed non ſemper fides habenda, in tentamine ſuo oryctographico, italico idiomate edito c) tab. 2. fig. 18. A. rite repræſentatum eſt, hoc ex omnibus ipſius iconibus, atque multis millibus nautilorum minutorum, quos poſſidemus & vidimus, unicum exſtat, quod diſſepimentis ſuis antrorſum concavis a ceteris ſpeciebus microſcopicis diſſepimenta antrorſum convexa habentibus excipitur. Annon ob magnam hancce interioris ſtructuræ differentiam pro-

zunehmend getheilt wird, ſind hohl gewölbt, oder auf einer Seite erhaben, auf der andern hohl, entweder vollkommen, oder manchmahl etwas hin und her gebogen oder geſchlängelt.

Anmerkungswerth iſt es, daß alle mikroſkopiſche Arten dieſes Geſchlechts, die wir beſitzen und geſehen haben, mit vorwärts convexen Scheidewänden verſehen ſind, wovon auch nicht einmahl die doppelt kammerigen ausgenommen werden, und nur der Nautilus Pompilius, der unter allen natürlichen Geſchlechtsverwandten bey weitem der gröſßte iſt, allein vorwärts concave Scheidewände hat. Wir ſagen: unter den natürlichen, *denn unter den foſſilen gibt es auch bekanntlich, aber ſeltner, Nautiliten, die noch weit gröſſer ſind, auch kleinere, die zum Theil vorwärts concave Scheidewände haben; aber nicht unter den mikroſkopiſchen. Wenn von dem Stücke, welches Herr Abt* Soldani, *auf deſſen Abbildungen man ſich öfters, obwohl nicht allezeit, verlaſſen kann, in ſeinem in italiäniſcher Sprache herausgegebenen oryktographiſchen Verſuche von Toscana* c) *auf der zweyten Platte Fig.* 18. *A. hat vorſtellen laſſen, die Abbildung getreu iſt, ſo iſt ſolches aus allen ſeinen Abbildungen, und ſo vielen tauſend kleinen Schifferchen, die wir be-*

c) Saggio orittografico ovvero oſſervazioni ſopra le terre nautilitiche ed ammonitiche della Toſcana dal Padre D. Ambrogio *Soldani*, Abbate Camaldoleſe. In Siena 1780. 4to. con 25 tavole.

c) *Saggio orittographico ovvero oſſervationi ſopra le terre nautilitiche ed ammonitiche della Teſcana dal Padre D. Ambrogio* Soldani *Abate Camaldoleſe in Siena* 1780. 4to. con 25 *tavole.*

prium ex iis condendi genus nobis fas fuiſſet, ſaniori Conchyliologiæ magis peritorum judicio relinquendum. cenſemus.

Nos partim errandi metu, partim etiam, quia hoc modo omnes ſpecies microſcopicæ ad novum genus pertinerent, & Nautilus Pompilius generis ſui unicam ſpeciem conſtitueret, (licet hoc ordini ſyſtematico non abſonum, neque plane inconſuetum eſſet, cum in tota natura, præſertim in regno vegetabili, quantum adhucdum novimus, aliquot dentur genera, quorum ſingula in unica tantum conſiſtunt ſpecie) ejusmodi mutationem facere non auſi ſumus.

e. Hæc Diſſepimenta, uti ex quibusdam ſpeciebus apparet, vel in medio ſive centro, vel ad latus pertuſa ſunt, & quidem ad latus exterius ſive ad dorſum teſtæ, quatenus hucusque novimus, (cum contra in variis Hammoniorum ſpeciebus etiam ad latus interius ſ. centro teſtæ propius Sipho inveniatur). Foramen in quibusdam ſpeciebus aut orbiculare, aut ovale, vel integrum, vel crenatum, Sipho-

ſitzen und geſehen haben, das einzige Exemplar, das durch ſeine vorwärts hohlen Scheidewände von den übrigen mikroſkopiſchen mit vorwärts convexen Scheidewänden verſehenen Arten eine Ausnahme macht. Ob wir nicht wegen dieſes groſsen Unterſchieds in dem innern Bau aus dergleichen ein eigenes Geſchlecht hätten machen können, wollen wir der weiſeren Beurtheilung gröſserer Konchylienkenner anheim ſtellen.

Theils aus Furcht zu irren, theils auch deſswegen, weil auf ſolche Weiſe alle mikroſkopiſche Arten zum neuen Geſchlecht gehören, und der Nautilus Pompilius allein eine einzelne Art ſeines Geſchlechts ausmachen würde (obgleich dieſes einer ſyſtematiſchen Verfahrungsart nicht zuwider, noch auch ganz ungewöhnlich wäre, da es in der ganzen Natur, beſonders im Pflanzenreiche, ſoviel davon zur Zeit bekannt iſt, etliche Geſchlechter gibt, deren jedes nur aus einer einzigen Art beſtehet) haben wir eine ſolche Veränderung zu machen nicht gewaget.

e. *Dieſe Scheidewände ſind, wie aus einigen Arten erhellet, entweder in der Mitte, oder an einer Seite durchbohrt, und zwar, ſoviel wir bisher kennen, an der äußern Seite am Rücken der Schale. Da es hingegen verſchiedene Arten von Ammonshörnern* (Hammonium) *gibt, wo das Loch und der Sipho an der innern dem Mittelpunkt der Schale nähern Seite ſich befindet. Dieſes Loch, das an einigen*

ni pro apertura eſt, in aliis, uti ſaltem nobis perſuaſum habemus, Teſtæ pro *orificio*. Iſta apertura qnandoque (in Nautilo Pomp.) producta eſt in tubulum *teſtaceum* vel cylindricum, vel ſubinfundibuliformem, vel moniliformem ſeu nodoſum, nodulis longitudinaliter ovalibus. Ejusmodi tubulus, quem tubulus *cutaceus* tenuis (a quibusdam nervus, item cauda animalis dictus), transcurrit, *Sipho* audit, qui vel continuus eſt, vel interruptus, hoc eſt, quaſi ex pluribus Siphunculis ſive ſingulis cujusvis iſthmi tubulis mox diſtantibus, mox contiguis, tubulo cutaceo, totam teſtam permeante, inter ſe connexis, compoſitus.

Equidem fatendum, ex voto nobis nondum ſucceſſiſſe, ut in exemplaribus microſcopicis diverſimode diſſectis, ne quidem in Nautilo Calcari, cujus Diameter tamen ad tres adſcendit lineas, Siphonem proprie talem, tubulum ſcilicet teſtaceum, plus minusve elongatum, licet adhibitis bonæ notæ microſcopiis, detegere potuerimus, qualem Gualtierus in Nautilo criſpo & Naut. (nobis Hammonio) Beccarii ſeſe vidiſſe prætenderat, in cujus fidem alii ſcriptores hanc

Arten entweder kreisrund, oder oval, entweder ganz, oder gekerbt iſt, dienet der Saugröhre zur Öffnung, bey andern, wie wir wenigſtens uns bereden, vertritt es die Stelle der Schalenmündung. *Dieſe Öffnung iſt manchmahl (beym Naut. Pomp.) in eine* ſchalige *Röhre verlängert, die bald walzenförmig, bald einigermaßen trichterförmig, bald ſchnurförmig oder knotig, nach der Länge mit ovalen Knoten oder Gliedern verſehen iſt. Ein ſolches Röhrchen, durch welches ein* häutiges *zartes Röhrchen (von einigen der Nerve, auch der Schwanz des Thiers genannt), durchläuft, heiſst* Sipho, Saugröhre, *die entweder aus einem Stücke beſteht, oder abgeſetzt, das iſt, gleichſam aus mehrern kleinen Röhrchen zuſammen geſetzt iſt, davon eine jede Scheidewand ihr eigenes hat, die bald abſtehen, bald an einander ſtoſſen, und mittelſt des häutigen die ganze Schale durchlaufenden Röhrchens unter ſich zuſammen hängen.*

Es hat uns zwar, wie wir geſtehen müſſen, nach unſerm Wunſche noch nicht gelingen wollen, ob wir uns gleich ſehr guter Vergröſſerungsgläſer bedienten, daſs wir in mikroſkopiſchen nach verſchiedener Richtung durchſchnittenen Exemplaren, nicht einmahl beym Spornſchiffer (N. Calc.), deſſen Durchmeſſer doch auf 3 Lin. hinan ſteigt, einen eigentlichen Sipho, nehmlich eine ſchalige mehr oder weniger verlängerte Röhre haben entdecken können, ſo wie Gualtieri im Naut. criſpo und Beccarii,

viſionem repetierunt. Ratio, cur hic tubulus oculis evadit, ſine dubio in hoc quærenda eſt, aut quod per totam teſtam non niſi cutaceus ſit, ideoque cum in tam exili teſta etiam ſubtiliſſimus eſſe debeat, una cum incola mucilaginoſo brevi tempore extra aquam marinam mortuo ſtatim exſiccetur & dispereat; aut quod, ſi forte teſtaceus eſt, ob exilitatem ſuam inter laborem, quo teſta ad dimidiam partem cote atteritur, facillime perdatur, quod unico ductu fieri poteſt, vel ſi nimis parum adfricatur, ubi terra & limo occultatur. Nonniſi foraminula diſſepimentorum interdum marginata in quibusdam ſpeciebus, non in omnibus, viſui ſeſe obtulerunt noſtro. Hunc tubulum in pluribus, forſan in omnibus minutis, non teſtaceum, ſed mere cutaceum ſive nervoſum eſſe, vero ſimillimum eſt.

einen geſehen zu haben vorgegeben hat, auf deſſen Treue und Glauben andere Schriftſteller dieſes eingebildete Daſeyn nachgeſagt haben. Die Urſache, warum dieſes Röhrchen ſo wenig ſichtbar wird, mag ohne Zweifel darin liegen, daſs es entweder durch die ganze Schale hindurch bloſs häutig iſt, und deſswegen, weil in einer ſo kleinen zarten Schale es auch äuſſerſt fein ſeyn muſs, es zugleich mit dem ſchleimigen in kurzer Zeit auſser dem Meerwaſſer ſterbenden Einwohner gleich vertrocknet und vergehet, oder daſs es, wenn es etwa hartſchalig iſt, wegen ſeiner Feinheit, währender Arbeit, wenn man die Schale bis zur Hälfte anſchleift, ſehr leicht verdorben wird, welches auf einen einzigen Zug geſchehen kann, oder auch, wenn ſie zu wenig angeſchliffen wird, wo es in der Erde und Schlamm verſteckt bleibt. Bloſs die kleinen Löcher in den Scheidewänden, mit einem Rande manchmahl eingefaſſet, haben wir in einigen Arten, nicht in allen, erblicken können. Am wahrſcheinlichſten kommt uns vor, daſs dieſes Röhrchen in den meiſten, wo nicht in allen mikroſkopiſchen Arten, nicht hartſchalig, ſondern bloſs häutig, oder nervig ſey.

f. Ad ORIFICIUM, ſeu domiportam, ut aliis nomen placuit [d]), quod attinet, obſervanda præ ceteris adhuc veniunt hæc: Eam teſtæ partem, quæ in latere anteriore ultimum thalamum

f. *In Anſehung der MÜNDUNG oder der Hausthüre, wie einigen dieſer Nahme beliebt hat* d), *kommt vor andern noch folgendes zu bemerken. Denjenigen Theil der Schale, welcher bey allen Arten*

d) Klein Method. oſtracolog. pag. 2. §. 5. not. (a).

d) *Klein Meth. oſtracolog. p. 2. §. 5. Not.* (a).

extimi anfractus in omnibus ſpeciebus occludit, (excepto N. Pompilio, cui ultimus thalamus antrorſum apertus eſt), & diſſepimentis parallelam, vel ſi mavis, ultimum parietem transverſalem, nominamus *Planum orale* ſeu *finale*, quia in ejus centro, vel angulis, vel ad alterum latus orificium ſitum eſt, quod poſterius non confundendum cum illo plano orali, uti quandoque ab aliis, ipſoque Linnæo in quibusdam ſpeciebus, ex. gr. in N. criſpo &c. ex minus attenta inſpectione factum eſt. Orificium Nautili nunquam eſt totum Planum claudens ultimum articulum ſ. thalamum, ſed tantummodo pars ejus aliquanta variæ formæ. Illud ita dictum Planum autem nunquam perfecte planatum, ſed vel antrorſum ſubconvexum, vel ſubcarinato - elevatum (Nautili Calcaris var. roſtrata), mox plus minusve obtuſe ſublunatum, mox acute ſublunatum, mox ſubcordatum.

Orificium vero ipſum vel ſimplex, & quidem hoc vel cordatum eſt, uti in Naut. Pompilio, ubi tota apertura ultimi thalami pro ore, vel lanceolatum (Naut. repandus), vel lineare e) parabolice arcuatum & ſimplex (N. Pompilioi-

an der vordern Seite die letzte Kammer der äußerſten Windung verſchließt (den Naut. Pompilius ausgenommen, deſſen letzte Kammer vorwärts offen ſtehet), und mit den Scheidewänden parallel iſt, oder, wenn man lieber will, die letzte Querwand, nennen wir die Mündungs- *oder* Endfläche, *weil in deſſen Mittelpunkt, oder Winkeln, oder Seite, die* Mündung *ſich befindet, welche mit gedachter Mündungsfläche keineswegs vermenget werden darf, wie es manchmahl von einigen, ja von Linné ſelbſt, bey einigen Arten, z. B. beym Naut. criſpus etc. aus zu wenig ſorgfältiger Beobachtung geſchehen iſt. Die Mündung des Schiffers iſt niemahls die ganze Fläche, die das letzte Glied oder Kammer verſchließt, ſondern nur ein gewiſſer Theil derſelben Fläche von verſchiedener Geſtalt. Gedachte ſo genannte Fläche iſt aber niemahls völlig flach, ſondern entweder vorwärts etwas convex, oder etwas kielförmig erhaben (N. calc. var. roſtrata), bald mehr oder weniger ſtumpf mondförmig, bald zugeſpitzt mondförmig, bald etwas herzförmig.*

Die Mündung *aber ſelbſt iſt entweder einfach, und ſolchenfalls bald herzförmig, wie beym N. Pomp., wo die ganze Öffnung der letzten Kammer ſtatt der Mündung gilt, bald lanzenförmig (N. repandus), oder ſtrichförmig (gleich breit) e) pa-*

e) *Lineare*, id quod parallelum ſeu latitudine aequali; ſic *Linnæus* (Philoſ. botan.), *Gieſeke* (Termin. bot. Linn.), *Jacquin* (Pflanzenkenntniſs)

e) Lineare *iſt nach* Linné *ſo viel als von gleicher Breite, parallel. In dieſem Verſtande nimmt er dieſs Wort* (*Philoſ. botan.*), *auch* Gieſeke (*Termin.*

des, aſterizans, ſtrigilatus &c.), vel compoſitum ex pluribus foraminulis ſ. punctis pertuſis, aut aggregatis (N. coſtatus), aut diſtantibus (N. ambiguus), mox in plano orali ad latus interius transverſe ſeriatim diſpoſitis (N. criſpus, Faba), vel per totam longitudinem plani oralis ſerie ſimplici ordinatis (N. planatus), mox per aliquam partem dorſi diſperſis (N. angulatus, aduncus), porro vel in fronte plani oralis, vel laterale ſeu in alterutro teſtæ latere, inde aut dextrorſum, aut ſiniſtrorſum, & quidem modo in eadem ſpecie ſolummodo dextrorſum (Nautili plurimi), modo ſolum ſiniſtrorſum (Nautilus repandus), mox a dextro, mox a ſiniſtro latere (Nautilus Spengleri &c.)*f*). Denique orificium eſt vel obtuſum, vel truncatum, vel pro-

Soldani *Teſtaceogr. T. I. P. I. p.* 54. *tab.* 34. *fig. I. (ſubſimil.).*

TESTA ſpiralis involuta ſuborbicularis, utrinque mediocriter elevata, ſed articulis tribus ultimis ſatis tumidis; *dorſo* acute carinato integro, *umbilico* mediocri lævi, parum impreſſo; *diſſepimentis* antrorſum convexis, extus elevatis ſeu ſubcoſtatis, plerumque viginti duobus quatuorve in extimo anfractu conſpicuo; inde *thalami* anguſti extus medio plani, ad latera ſubelevati, inter diſſepimenta ſpiraliter ſtriati, quaſi crenati ſtriis inciſis brevibus confertis; *plano orali* ſubcordiformi, ſed duobus lobis acuminatis, in cujus margine interiori *orificium* lineare anguſtum ſubparabolice ſecundum formam marginis ſ. dorſi anfractus interioris arcuatum, integrum (non interruptum ut in N. criſpo).

Die SCHALE iſt in ſich ſelbſt faſt kreisrund gewunden, auf beyden Seiten mittelmäſſig erhaben, an den drey letzten Gliedern aber ziemlich aufgeſchwollen; der Rücken *iſt ſcharf gekielt und ganz; der* Nabel *von mittlerer Gröſſe, glatt, und etwas eingedrückt; die* Scheidewände *ſind vorwärts convex, auswendig gleich feinen Ribben erhaben, und gewöhnlich auf der erſten Windung einige zwanzig an der Zahl; daher ſind die* Kammern *enge, auswendig in der Mitte flach, an beyden Seiten etwas erhaben, zwiſchen den Scheidewänden nach dem Gange der Windungen mit vielen kurzen an einander liegenden vertieften Strichen, gleichſam wie mit Kerben beſetzt; die* Mündungsfläche *iſt einigermaſſen herzförmig, die beyden Lappen oder Flügel*

aber zugeſpitzt; an ihrem innern Rande liegt die ſtrichförmige ſchmale Mündung, die etwas paraboliſch nach der Geſtalt des Randes oder Rückens der innern Windung gekrümmt und ganz iſt (nicht unterbrochen, wie am krauſen Schiffer).

COLOR albidus.

PATRIA copioſe ad Poville prope Novi in littorali Auſtriaco maris adriatici.

MENSURA $\frac{2}{3}$ lin. diam.

FARBE weiſslich.

VATERLAND häufig zu Poville bey Novi im öſterreichiſchen Küſtenlande am adriatiſchen Meer.

GRÖSSE $\frac{2}{3}$ Linie im Durchmeſſer.

VARIETAS β

dorſo membranaceo dentato.

ZWEYTE ABÄNDERUNG

mit einem häutigen dünnen gezähnten Rücken.

TAB. 5. Fig. *f. g.*

Discedit a præcedente non niſi margine dorſali membranaceo dentato, dentibus acutis, inæqualis longitudinis, laxe diſtantibus a ſe invicem.

Weicht von der vorhergehenden bloſs dadurch ab, daſs über den Rücken ein dünnes, mit ſpitzigen, ungleich hohen und weit von einander abſtehenden Zähnen verſehenes Blättchen herumläuft.

COLOR, PATRIA & MENSURA ut ſupra.

FARBE, VATERLAND und GRÖSSE einerley mit voriger.

Nota. Multi forſan hunc Nautilum, præſertim primo intuitu, eandem cum N. *criſpo* eſſe ſpeciem credent, cui alioquin valde ſimilis eſt; ſed differt ſatis articulis ultimis tumidioribus, lateribus compreſſioribus, umbilico minori impreſſo, qui in N. criſpo magnus & prominens. Denique plani oralis differentia notabilis & in varietate β margo dorſalis mem-

Anmerk. Viele werden dieſen Nautilus, vorzüglich beym erſten Anblick, für den krauſen Schiffer, mit welchem er unſtreitig vieles gemein hat, halten; allein er unterſcheidet ſich hinlänglich durch die etwas geſchwollenen letzten Glieder, durch die flächern Seiten, und durch den kleinern eingedrückten Nabel, welcher bey dem krauſen oder geſchlängelten Nau-

branaceus, quo N. criſpus caret. Neminem ergo, qui hanc ſpeciem accuratius contemplabit, ſeductum iri credimus, ut eam pro ſola modo dicti Nautili varietate accipiat.

tilus groſs und erhaben iſt; endlich iſt auch der Unterſchied der Mündungsfläche auffallend, und bey der zweyten Abänderung das gezähnelte Blättchen auf dem Rücken, das bey dem krauſen Schiffer mangelt. Wir glauben alſo, daſs Niemand bey genauerer Beobachtung verleitet werden wird, ihn für eine bloſse Abänderung des letztern anzuſehen.

NAUTILUS CRATICULATUS.

DER GEFLOCHTENE SCHIFFER.

TAB. 5. Fig. *h. i. k.*

TESTA ſpiralis involuta, orbicularis, utrinque admodum convexa, adeo ut primo intuitu compreſſo-globularem crederes, ni *dorſo* carinato, licet obtuſe, gauderet; *umbilico* leviter prominulo, permagno, longitudinem fere ſemidiametri teſtæ exæquante, multis punctis impreſſis ſparſis notato; a hujus peripheria ad peripheriam exteriorem ſive marginem teſtæ ſtriis radiantibus multis approximatis ſubelevatis, lineis inciſis ſubtiliſſimis confertis ſtrias transverſim ſeu

Die SCHALE iſt ſpiral kreisrund in ſich ſelbſt gewunden, auf beyden Seiten ſehr ſtark gewölbt, ſo, daſs man ſie beym erſten Anblick für gedrückt kugelförmig halten könnte, wenn ſie nicht einen obwohl ſtumpf gekielten Rücken *hätte. Der* Nabel *ragt ſeicht hervor, iſt ſehr groſs, indem er beynahe die Länge des halben Durchmeſſers der Schale beträgt, und mit vielen zerſtreut liegenden vertieften Puncten durchaus bezeichnet iſt; von ſeinem Umkreiſe laufen ſtrahlweiſe bis an den*

margini parallelis decuſſantibus (ſic teſta ſpeciem craticulatam mentitur); *diſſepimentis* antrorſum leniter convexis, hinc *thalamis* anguſtis; *plano orali* propter ultimi articuli ſ. thalami parvam prominentiam ſatis anguſto, ſemilunato ſive ſubfalcato; *orificio* ſublineari anguſto ſecundum curvaturam articulorum ſubparabolice arcuato.

äuſsern Umfang viele ſchwach erhabene Streifen nahe neben einander, die durch ſehr feine, auch dicht an einander mit dem Rücken parallel laufende vertiefte Linien quer durchkreuzet werden (wodurch die Schale das Anſehen bekommt, als wäre ſie korbartig geflochten). *Die* Scheidewände *ſind vorwärts ſeicht gewölbt und ziemlich dicht an einander, daher die* Kammern *enge.* *Die* Mündungsfläche *iſt wegen des wenig vorſpringenden letzten Gliedes oder Kammer ziemlich ſchmal, einigermaſsen halbmondförmig, oder etwas ſichelförmig;* *die* Mündung *iſt faſt ſtrichförmig, ſchmal, etwas paraboliſch nach der Krümmung der Glieder gebogen.*

COLOR albus.

PATRIA ſinus arabicus, in cujus arena conchyliofera a D. Spengler inventa ſpecimina nobis miſſa.

MENSURA $\frac{1}{2}$ lin. diam.

FARBE weiß.

VATERLAND der arabiſche Meerbuſen, in deſſen Schneckenſande vom Hrn. Spengler gefunden und uns geſendet.

GRÖSSE $\frac{1}{2}$ Linie im Durchmeſſer.

NAUTILUS MAMMILLA.

DER BRUSTWARZEN SCHIFFER.

TAB. 6. Fig. *a. b. c. d.*

TESTA ſpiralis involuta, orbicularis, lævis, utrinque mediocriter elevata (non convexa, ſed depreſſo-conica), *umbilico* majusculo prominulo non abrupto a reliqua teſta (uti in quibusdam aliis), ſed leniter declivi; *dorſo* ſive margine obtuſe carinato; *anfractibus* ſex ſeptemve (uti ex ſpecimine dimidiato fig. *c.* apparet), amplitudine lente creſcentibus; *iſthmis* antrorſum leviter convexis ſat obliquis approximatis; *thalamis* itaque anguſtis multis, in extimo anfractu circa 22—26, in omnibus circiter 100 conſpicuis (relative anguſtioribus quam in aliis congeneribus, forma externa ſimilibus.)

De *plani oralis & orificii* ſtructura nihil dicere poſſumus, quippe quæ partes in omnibus hucusque foſſilibus ſolum inventis a nobis viſis exemplaribus detritæ

Die SCHALE iſt ſchnirkelförmig in ſich ſelbſt gewunden, kreisrund, auf beyden Seiten mittelmäßig erhaben, (nicht gewölbt, ſondern niedrig kegelförmig) und vollkommen glatt; der Nabel *ziemlich groß und etwas hervorragend, aber nicht abgeſondert von der übrigen Schale (wie bey manchen), ſondern ſanft ablaufend; der* Rücken *oder Rand iſt ſtumpf gekielt.* Windungen *ſind ſechs bis ſieben, (wie aus der angeſchliffenen Hälfte fig.* c. *erhellet), die ganz allmählig an Weite zunehmen; die* Scheidewände *ſind vorwärts ſchwach convex, ziemlich ſchief und nahe an einander; die* Kammern, *deren am erſten Umlauf einige zwanzig, in allem aber gegen hundert ſind, liegen ziemlich enge bey einander, (verhältnißmäßig weit enger, als bey andern Geſchlechtsverwandten, die eine dieſer Art ähnliche Geſtalt haben).*

Von der Mündungsfläche *und* Mündung *können wir nichts ſagen, weil dieſe Theile an allen bisher beobachteten Beyſpielen, die ſich bloſs foſſil gefunden haben,*

ſunt. Id foraminulum enim, quod in uno alterove ſpecimine obſervatur, non orificium eſt, ſed thalami inter eos, qui adhuc exſtant, ultimi antrorſum partim detriti cavitas aperta.

COLOR albidus & flaveſcens.

PATRIA, hucusque ſolum foſſilia inventa ſunt ſpecimina in pago Brunn am Steinfeld aliquot horarum ſpatium diſſito ab urbe Vindobona Auſtriæ inferioris, ubi ex fonte in medio lacu cum aqua ſcatente & fragmentis aliorum petrefactorum proveniunt. Obvia quoque ſunt in aliis locis Auſtriæ inf. & ad confinia Hungariæ, in lapicidinis, per tota præripia ſuperiora lacus Neoſidelienſis diſſitis, nempe ad S. Margaretham, Mariam Lorettanam, Grusbach (Kroisbach) &c., & quidem in hoc ultimo loco una cum aliis Nautilitis & Ammonitis minutiſſimis, ex quibus & hinc inde immenſis milleporitis (præſertim Millepora calcarea Pall.) pulchrisque pectinitis tota congeries lapidea compoſita eſt, quæ vulgo, ſed perperam, lapis arenarius vocatur, quia hæ teſtulæ marinæ microſcopicæ ad hodiernum tempus oculo fugitivo inſpectæ pro puris granulis arenariis habitæ & venditatæ ſunt.

MENSURA 1 — 1 ½ lin. diam.

abgerieben ſind; denn das kleine Loch, das an einigen Stücken beobachtet wird, iſt nicht die Mündung, ſondern nur die offene Höhlung der vorwärts zum Theil abgeriebenen letzten Kammer unter den noch vorhandenen.

FARBE weiſslich, auch gelblich.

VATERLAND von Brunn am Steinfeld, etliche Stunden von Wien in Unteröſterreich, wo ſie durch das Quellwaſſer einer mitten in einem Weiher befindlichen Quelle, in Geſellſchaft vieler anderer Petrefacten-Fragmente aus dem Grunde hervor getrieben werden. Man findet ihn auch an mehrern Orten Unteröſterreichs und auf der Gränze mit Ungarn in den Steinbrüchen längs dem obern Theil des Neuſiedler Sees, zu Margareth, Maria Loretto, Grusbach (Kroisbach), im letztern Bruch in Geſellſchaft mit Millionen der kleinſten Ammoniten, woraus mit einigen Milleporiten (beſonders der Millepora calcarea Pall.) auch ſchönen Pectiniten, der ganze Stein beſteht, den man fälſchlich einen Sandſtein nennet, weil man bis daher dieſe kleine Meeresbrut obenhin für bloſse Sandkörner angeſehen und ausgegeben hat.

GRÖSSE 1 bis 1 ½ Linie im Durchmeſſer.

NAUTILUS LENTICULARIS *).

DER LINSENFORMIGE SCHIFFER.

TAB. 6. Fig. *e. f. g. h.* & TAB. 7. Fig. *a—h.*

VARIETAS *α*. *ERSTE ABÄNDERUNG.*

TAB. 6. Fig. *e. f. g. h.*

TESTA ſpiralis involuta orbicularis lævis, utrinque valde convexa, non umbilicata, dorſo obtuſe carinato, anfractibus tribus quatuorve vix ſenſibiliter creſcentibus (fig. g.); hinc *thalami* in exemplaribus dimidiatis transverſaliter anguſti & quaſi paralleli apparent, & ſi a peripheria uſque ad centrum pertingunt, cum quilibet anfractus interior a proxime ſequente exteriori non a dorſo ſolum, ſed & lateraliter cuticularum lentis vel piſi inſtar totus obtectus & involutus ſit; *diſſepimenta* vero diſtantiora antrorſum leviter convexa & ſatis obli-

*) Haec eſt ſpecies HelicitarumLithologorum, praecipue Jo. Gesneri, quorum multifaria nomina promiscue variis ſpeciebus vel varietatibus a diverſis auctoribus donata ad omnem ambiguitatem evitandam conſulto praetermiſimus.

Die SCHALE iſt ſchnirkelförmig eingerollt, kreisrund, glatt, auf beyden Seiten ſtark gewölbt, ungenabelt; der Rücken *ſtumpf kielförmig; die drey bis vier* Windungen *nehmen ganz allmählig und kaum bemerkbar an Gröſse zu, (fig.* g.) *daher erſcheinen die Kammern in halb aufgeſchliffenen Beyſpielen nach der Quere eng und gleichſam parallel, ungeachtet ſie vom Umkreiſe bis zum Mittelpunct reichen, indem eine jede innere Windung durch die nächſt folgende äuſsere nicht bloſs am Rücken allein, ſondern auch auf den Seiten, wie die Häute (Bälge) einer*

*) *Dieſs iſt eine Art der von den Lithologen, vorzüglich von Joh. Geſsner, ſogenannten Heliciten, deren vielerley Nahmen ohne Unterſchied bald dieſer, bald jener Art oder Abänderung von verſchiedenen Schriftſtellern gegeben worden, die wir hier, um aller Zweydeutigkeit auszuweichen, wohlbedächtlich ausgelaſſen haben.*

qua ſunt, in diverſis ſpeciminibus circa 50—56, centro intrinſeco globulari cavo magno. Ea pars, ubi Orificium præſumendum, detrita eſt, ergo de hoc nihil dici poteſt.

Linſe oder Erbſe, ganz überdeckt und eingewunden iſt; die Scheidewände *hingegen ſtehen weiter von einander, ſind vorwärts ſchwach convex und in ziemlich ſchiefer Richtung in verſchiedenen Stücken etliche und funfzig. Derjenige Theil, woran man die Mündung vermuthen kann, iſt abgerieben, und alſo nichts davon zu ſagen.*

COLOR albeſcens.

FARBE weißlich.

PATRIA ad Claudiopolim Tranſylvaniæ, foſſilis.

VATERLAND: wird bey Klauſenburg in Siebenbürgen ziemlich häufig gefunden, bisher alſo nur noch foſſil.

MENSURA 1 ½ — 2 lin. diam.

GRÖSSE 1 ½ — 2 Linien im Durchmeſſer.

VARIETAS β. *ZWEYTE ABÄNDERUNG.*

TAB. 7. Fig. *a. b.*

Hæc varietas differt ſolummodo a præcedente in eo, quod ſuperficies ejus non lævis ſit, ſed granuloſa, granulis confertis.

Dieſe Abänderung weicht von der vorgehenden bloß darin ab, daß ihre Oberfläche nicht glatt, ſondern mit Körnern dicht beſetzet iſt.

COLOR, PATRIA & MENSURA ut ſupra.

FARBE, VATERLAND und GRÖSSE wie oben.

VARIETAS γ. *DRITTE ABÄNDERUNG.*

TAB. 7. Fig. *c. d. e. f.*

Discedit a prioribus majori volumine, pluribus anfractibus, hic 8 — 9. in ſpe-

Unterſcheidet ſich von den vorigen dadurch, daß ſie größer iſt; aus mehreren,

ciminibus dimidiatis, apparenter transverſim anguſtioribus (fig. *e.*) parietibusque proportionate craſſioribus & thalamis quoque anguſtioribus, licet diſſepimenta diſtantiora a ſe invicem eſſe videantur, quam latitudo anfractuum apparenter talis eſt, ſed diſtantia minus regulari, porro centro cavo minori. De reliquo convenit ſuperficie lævi cum prima varietate.

hier 8 — 9 Windungen, die in den bis zur Hälfte aufgeſchliffenen Stücken (fig. e.) ſcheinbar ſchmäler ſind, beſtehet und verhältniſsmäſsig dickere Seitenwände, auch engere Kammern hat, obgleich die Zwiſchenwände weiter von einander entfernt zu ſeyn ſcheinen, als die ſcheinbare Breite der Windungen iſt. Die Entfernung iſt aber nicht gleich und der hohle Mittelpunkt kleiner. Übrigens kommt dieſe Varietät durch die glatte Oberfläche mit der erſten überein.

COLOR & PATRIA, ut antea.

FARBE und VATERLAND wie vorher.

MENSURA 2 — 3 ½ lin. diam.

GRÖSSE 2 — 3 ½ Linien im Durchmeſſer.

VARIETAS δ.

VIERTE ABÄNDERUNG.

TAB. 7. Fig. *g.*

Diſcedit a var. γ ſolummodo ſuperficie ſtriata, ſtriis a centro ad peripheriam radiantibus.

Geht von der dritten Abänderung bloſs durch die geſtreifte Oberfläche ab, da die Streifen vom Mittelpunct zum Umkreiſe ſtrahlweiſe auslaufen.

COLOR, PATRIA & MENSURA ut ſupra.

FARBE, VATERLAND u. GRÖSSE wie oben.

VARIETAS ε.

FÜNFTE ABÄNDERUNG.

TAB. 7. Fig. *h.*

Hæc etiam a varietate δ non differt, niſi granulis inter ſtrias partim confertis,

Auch dieſe weicht von der vierten durch nichts weiter ab, als durch die Körn-

partim ſparſis. In reliquis convenit etiam

COLORE, PATRIA & MENSURA.

chen, die zwiſchen den Streifen theils in Haufen beyſammen, theils einzeln zerſtreut ſitzen. Im übrigen kommt ſie auch in Anſehung der

FARBE, des VATERLANDS und der GRÖSSE damit überein.

NAUTILUS RADIATUS.

DER GESTRAHLTE SCHIFFER.

TAB. 8. Fig. *a. b. c. d.*

TESTA ſpiralis involuta, orbicularis, lævis, utrinque ſatis convexa & *radiata*, radiis multis approximatis, flexuoſis, plurimum ſimplicibus, paſſim verſus ambitum bifurcatis, aliis alterne injectis brevibus, ab ambitu ad centrum tertiam circiter ſemidiametri partem occupantibus; *dorſo* obtuſe carinato; *anfractibus* quatuor licet exterioribus majoribus, interiores plene obtegentibus, tamen latitudine apparenter lente creſcentibus (fig. *c.*); *diſſepimentis* antrorſum mediocriter convexis valde obliquis & approximatis; centro intus globulari cavo; *orificio* detrito.

Die SCHALE iſt ſchnirkelförmig eingerollt, kreisrund, glatt, auf beyden Seiten ziemlich erhaben und geſtrahlt, *die Strahlen ſind hin und her gebogen, häufig, nahe beyſammen, meiſtens einfach, hier und da etliche gegen den Umkreis zu zweygabelig, zwiſchen ihnen liegen wechſelweiſe andere kurze, die vom Umkreis gegen den Mittelpunct zu ungefähr den dritten Theil des halben Durchmeſſers ausmachen; der* Rücken *iſt ſtumpf gekielt;* Windungen *ſind vier, welche, ungeachtet die innern durch die äußern gröſſern völlig bedeckt werden, doch ſcheinbar ganz allmählig an Breite zunehmen*

COLOR flavo-albeſcens, radiis ſubcæruleſcentibus.

PATRIA ſinus arabicus; ſpecimina a Dno. Spengler ex arena cochleas majores replente eruta ſunt, cujus bonitati noſtra debemus.

MENSURA 1 lin. diam.

(*fig. c.*); *die* Scheidewände *ſind vorwärts ſchwach gewölbt, ſehr ſchief und nahe an einander; der Mittelpunct iſt inwendig kugelförmig und hohl. Die* Mündung *iſt abgerieben.*

FARBE gelblich weiß, mit etwas bläulichen Strahlen.

VATERLAND der arabiſche Meerbuſen, die Exemplare davon ſind vom Hrn. Spengler im Sande, womit größere Schneckenſchalen angefüllt waren, gefunden worden, deſſen freundſchaftlicher Güte wir die unſrigen zu verdanken haben.

GRÖSSE 1 Linie im Durchmeſſer.

NAUTILUS VENOSUS.

DER GEÄDERTE SCHIFFER.

TAB. 8. Fig. *e. f. g. h.*

TESTA ſpiralis involuta, orbicularis, lævis, utrinque ſatis convexa, *radiata*, radiis ſat diſtantibus, (remotioribus ideoque paucioribus, quam in N. radiato), flexuoſis, plurimum ſimplicibus, hinc inde verſus ambitum bi- & trifurcatis, nullis brevioribus intercalaribus, (quo etiam diſtinquitur a N.

Die SCHALE iſt ſchnirkelförmig eingerollt, kreisrund, glatt, auf jeder Seite ziemlich gewölbt und geſtrahlt, *die Strahlen ſind und her gebogen, ziemlich von einander abſtehend, (entfernter und folglich weniger, als am geſtrahlten Schiffer), meiſten Theils einfach, hier und da gegen*

radiato); *dorſo* obtuſe carinato; *anfractibus* quatuor apparenter lente creſcentibus (fig. *g.*); *iſthmis* quoque ſatis diſtantibus (duplo remotioribus, quam in N. radiato, minusque obliquis, quam in illo), antrorſum convexis; *centro* interno mediocri globulari cavo. *Orificio* detrito.

den Umkreis zu zwey- auch dreygabelig, ohne kurze Zwiſchenſtrahlen (wodurch ſich dieſer auch vom geſtrahlten Schiffer unterſcheidet); der Rücken *iſt ſtumpf gekielt; die vier* Windungen *nehmen ſcheinbar langſam an Weite zu (fig.* g.*); die* Scheidewände *ſtehen auch ziemlich von einander (doppelt weiter, als am geſtrahlten, und weniger ſchräge, als an jenem), und ſind vorwärts gewölbt; der inwendige* Mittelpunct *iſt von mittelmäßiger Größe, kugelig und hohl. Die* Mündung *iſt abgerieben.*

COLOR, PATRIA & MENSURA, tiu in N. radiato.

FARBE, VATERLAND und GRÖSSE wie am geſtrahlten Schiffer.

Nota. Primo intuitu hæc cum Naut. radiato eadem ſpecies eſſe videtur, ſed ex præcedente deſcriptione patebit, diverſas inter ſe eſſe ſpecies. Forſan nonnullis duæ ſollummodo varietates unius ſpeciei eſſe videbuntur.

Anmerk. *Bey dem erſten Anblick ſcheint dieſe Art mit dem geſtrahlten Nautilus einerley zu ſeyn; allein aus vorgeſetzter Beſchreibung wird erhellen, daß es zwey verſchiedene Arten ſind. Vielleicht wird es manchem vorkommen, daß es nur zwey Abänderungen von einerley Art ſeyn.*

NAUTILUS STRIATO-PUNCTATUS.

DER GESTREIFT-PUNCTIRTE SCHIFFER.

TAB. 9. Fig. *h. i. k.*

TESTA ſpiralis involuta, ſuborbicularis, globoſa, *umbilico* utrinque mediocri plano, ſuperficie extimi ſolum conſpicui *anfractus* radiatim ſtriata; ſtriis mediocriter diſtantibus, lineolisque inciſis ſubtiliſſimis ſpiraliter parallelis ſtrias transverſim decuſſantibus, denſe intermixtis, multis punctis impreſſis; *dorſo* late rotundato; *thalamis & diſſepimentis* antrorſum mediocriter convexis, circa 20 in extimo anfractu conſpicuis, tot quot ſtriæ; *plano orali* ſemilunato lævi; *orificio* lineari anguſto ſubſemicirculariter ſecundum craſſitudinem anfractuum arcuato.

COLOR albus.

PATRIA ſinus arabicus; a Dno. Spengler in cochleis majoribus inventa ſpecimina.

MENSURA ½ lin. diam.

Die SCHALE iſt ſpiralartig eingerollt, faſt kreisrund, kugelig dick, mit einem mittelmäſsig groſsen flachen Nabel *auf jeder Seite, die Oberfläche der allein ſichtbaren äuſserſten* Windung *iſt ſtrahlig geſtreift, die mittelmäſsig weit von einander abſtehende Streifen werden durch viele kleine, ſehr vertiefte, mit den Windungen parallel laufende Linien quer durchkreuzet, zwiſchen welchen viele kleine vertiefte Puncte dicht zerſtreuet liegen; der* Rücken *iſt breit abgerundet, die* Kammern *und* Scheidewände *ſind vorwärts mittelmäſsig gewölbt, an der äuſserſten Windung bey* 20 *ſichtbar, eben ſo viel, als Streifen; die* Mündungsfläche *iſt halbmondförmig und glatt; die* Mündung *ſtrichförmig, enge und in Geſtalt eines halben Zirkels nach der Dicke der Windungen gebogen.*

FARBE weiſs.

VATERLAND der arabiſche Meerbuſen, aus welchem die gröſseren Schnecken ſind, in deren Höhlungen Hr. Spengler dieſe Stücke gefunden hat.

GRÖSSE ½ Linie im Durchmeſſer.

NAUTILUS AMBIGUUS.

DER ZWEYDEUTIGE SCHIFFER.

TAB. 9. Fig. *d. e. f.*

TESTA ſpiralis involuta, ſuborbicularis, utrinque convexa, centro ſubimpreſſa, *dorſo* ſubacute carinato, *articulis ſ. thalamis* in extimo anfractu conſpicuo tredecim ſubelevatis ſpiraliter ſtriatis, ſtriis approximatis parallelis; *diſſepimentis* antrorſum ſubflexuoſe convexis; *plano orali* convexo, ſubcordato, lobis acutis, pertuſo punctis ſex, utrinque tribus ſeriatis, lateri parallelis, æqualiter diſtantibus, & in medio tribus minoribus in triangulo poſitis punctis ſignato (an pertuſis, non conſtat), denique in margine 9 — 10 foraminulis acute angulatis prædito, quæ forſan una cum modo dictis loco *orificii* ſunt, cujus alias nulla ſunt veſtigia.

Die SCHALE iſt ſchnirkelartig, in ſich ſelbſt gewunden, ziemlich kreisrund, auf beyden Seiten gleich ſtark gewölbt, im Mittelpuncte aber ein wenig eingedrückt; der Rücken *etwas ſcharf gekielet; die* Glieder *oder* Kammern *ſind an der äuſſerſten ſichtbaren Windung dreyzehn, etwas erhöhet, nach dem Lauf der Windungen geſtreift, die Streifen nahe an einander und parallel; die* Scheidewände *vorwärts etwas geſchlängelt convex; ſo auch die* Mündungsfläche *gewölbt, ziemlich herzförmig, da die beyden Lappen oder Flügel ſpitzig zulaufen, mit ſechs Löchern verſehen, wovon auf jeder Seite drey mit ſolcher parallel gereihet ſind und gleich weit von einander abſtehen, auch in der Mitte noch drey kleine Eindrücke ſich zeigen (ob dieſe wirklich die Schale auch durchbohren, kann nicht gewiſs behauptet werden). Endlich beobachtet man noch am Rande 9 bis 10 ſpitzwinkelige Löcher, welche vielleicht nebſt den erſtgenannten anſtatt der* Mündung

COLOR albus.

PATRIA ſinus arabicus, ex arena in cochleis majoribus contenta, a Dno. Spengler.

MENSURA ½ lin. diam.

Nota. Forma teſtæ ambigua. An forte lituus abbaticus (Naut. Semilituus Linn.) pullus? pars nimirum ſpiralis absque parte recta? ſaltem ſtructura multum convenit cum illo. Si vero non iſte, ſed vere propria hujus generis ſpecies eſſet, denuo approximationis generum ſeu tranſitionis ab uno ad alterum eſſet exemplum.

dienen, von welcher man auſser dem keine Spur findet.

FARBE weiſs.

VATERLAND der arabiſche Meerbuſen, woher ſie aus dem in gröſsern Schneken enthaltenen Sande Hr. Spengler erhalten hat.

GRÖSSE ½ Linie im Durchmeſſer.

Anmerk. *Die Geſtalt der Schale iſt zweydeutig. Iſt dieſs etwa ein noch unvollkommener Lituus abbaticus (Naut. Semilituus Linn.)? nehmlich der eingerollte Theil bloſs ohne den gerade geſtreckten Theil? wenigſtens kommt ihr Bau viel mit jenem überein. Geſetzt aber, er wäre es nicht, ſondern dieſs wirklich eine dieſem Geſchlechte eigene Art, ſo hätten wir hier abermahl ein Beyſpiel der Annäherung der Geſchlechter, oder des Übergangs von einem zum andern.*

NAUTILUS FARCTUS.

DER AUSGESTOPFTE SCHIFFER.

TAB. 9 Fig. *g. h. i.*

TESTA ſpiralis involuta *ſiniſtrorſa*, ſubrotundata, ultimo ſolum articulo maximo, prominente, ſupra valde elevata, infra ſubplanata, utrinque ſubumbilicata, ſeu medio impreſſa, undique punctis elevatis, ſive granulis minimis denſe ſparſis, ſcabra; *anfractibus* ſiniſtrorſis; *articulis* ſeu *thalamis* in extimo ſolum conſpicuo anfractu non niſi octo toruloſis, quo facto teſtæ ambitus repandus appareret; *diſſepimentis* antrorſum leniter convexis. De *orificio* in duobus ſpeciminibus ſolum adhucdum nobis obviis detrito nihil dici poteſt, tam diu, quam non inveniatur unum alterumve integrum.

COLOR albo-flaveſcens.

PATRIA Coroncina prope Senam urbem in Hetruria (foſſilis).

MENSURA ½ lin. diam.

Die SCHALE iſt ſchnirkelförmig in ſich ſelbſt, aber links *gewunden, ziemlich rund, nur das letzte gröſste Glied ſtehet hervor, oben ſtark erhaben, unten faſt flach, auf beyden Seiten etwas genabelt, oder in der Mitte vertieft, durchaus von dicht ausgeſtreuten erhabenen Puncten, oder feinen Körnchen rauh; die* Windungen *laufen links; die* Glieder *oder* Kammern, *deren man in der bloſs äuſsern ſichtbaren Windung nur acht zählet, ſind ſtark gewölbt, und verurſachen dadurch, daſs der Umfang der Schale ausgeſchweifter ſcheint; die* Scheidewände *ſind vorwärts ganz ſchwach erhaben. Von der* Mündung, *die in den beyden von uns bisher vorgefundenen Beyſpielen abgerieben iſt, läſst ſich nichts ſagen, ſo lang bis nicht ein oder anderes unverletztes Stück angetroffen wird.*

FARBE weiſs-gelblich.

VATERLAND Coroncina bey Siena im Toscaniſchen.

GRÖSSE ½ Linie im Durchmeſſer.

NAUTILUS SINUATUS.

DER BUCHTIGE SCHIFFER.

TAB. 10. Fig. *a. b. c. d.*

TESTA ſpiralis involuta, ſubflexuoſa, mediocriter elevata; ambitu ſubovali-repando vel potius ſubſinuato; *dorſo* acute carinato, margine tenui, anguſto, acuto; *umbilico* in utroque latere, inferiori impreſſo, ſupra magno ſubprominente punctato, punctis minutis, denſis, elevatis; *anfractibus ſiniſtrorſis*, *articulis* ſeu *thalamis* elevatis lævibus, undecim in anfractu extimo conſpicuis; *diſſepimentis* antrorſum convexis; *plano orali* nullo; *orificio* ſublineari (fig. *b. d. o.*) in latere inferiore ultimi articuli convexiore a centro ad peripheriam & hinc ad latus ſuperius planius aliquantum extenſo (latera enim hujus articuli inæquales ſunt inter ſe.)

Die SCHALE *iſt ſchnirkelförmig, eingerollt, etwas bogig, mittelmäſsig erhaben, mit einem etwas ovalen ausgeſchweiften oder vielmehr etwas buchtigen Umkreiſe; der* Rücken *iſt ſcharf gekielet, mit einem dünnen ſchmalen und ſcharfen Saume; ſie hat auf beyden Seiten einen* Nabel, *der auf der untern Seite iſt vertieft, der obere aber groſs, etwas erhöhet und mit kleinen dicht beyſammen ſtehenden erhabenen Puncten beſetzt; die* Windungen *laufen links, die* Glieder *oder* Kammern *ſind erhaben und glatt, wovon auf der äuſsern Windung* 11 *ſichtbar ſind; die* Scheidewände *ſind vorwärts gewölbt; hier befindet ſich keine* Mündungsfläche; *die* Mündung *ſelbſt iſt beynahe ſtrichförmig* (*fig.* b. d. o.) *am Ende der untern erhabenen Seite des letzten Gliedes, und ziehet ſich vom Mittelpuncte gegen den Umkreis und von da ein wenig auf die obere flächere Seite deſſelben Gliedes hinüber* (*denn die Seiten dieſes Gliedes ſind ungleich unter einander*).

COLOR dilute fuſceſcens, a terra ferruginea intus contenta, naturalis ſine dubio albus.

PATRIA regio ad S. Quiricum in agro ſenenſi Hetruriæ.

MENSURA ½ lin. diam.

FARBE hell bräunlich von der darin enthaltenen eiſenocherigen Erde; die natürliche ohne Zweifel weiſs.

VATERLAND die Gegend von S. Quirico im Sieneſiſchen in Toscana.

GRÖSSE ½ einer Linie im Durchm.

NAUTILUS MACELLUS.

DER MAGERE SCHIFFER.

VARIETAS α. *ERSTE ABÄNDERUNG.*

TAB. 10. Fig. *e. f. g.*

TESTA ſpiralis involuta ſubovali-rotundata, utrinque compreſſa, exumbilicata; *dorſo* acute carinato; ſuperficie radiatim ſtriata, ſtriis ſ. coſtulis 23 in extimo anfractu conſpicuis, *ſulcis* intermediis lineolis inciſis, brevibus, ſubparallelis, transverſalibus ſ. fere ſecundum ductum anfractuum ſtriatis; *thalamis & iſthmis* antrorſum valde convexis; *ambitu* hinc inde ſubinterrupto quaſi repando; *plano orali* elevato ſubtriangulari elongato, baſi ſubparabolice incurvata pertuſa quinque punctis ſubtiliſſimis, ocu-

Die SCHALE iſt ſpiralartig eingerollt, einigermaſsen oval rundlich, auf beyden Seiten zuſammen gedrückt, ungenabelt; der Rücken *iſt ſcharf kielförmig; die Oberfläche ſtrahlartig geſtreift, von den Streifen oder kleinen Ribben ſieht man* 24 *an der äuſserſten Windung, die darzwiſchen liegenden Furchen ſind mit kleinen kurzen eingeſchnittenen faſt parallelen Linien in die Quere oder beynahe nach dem Lauf der Windungen geſtreift. Die* Kammern *und* Scheidewände *ſind vorwärts ſtark gewölbt; der Umkreis iſt*

lo licet bene armato vix perceptibilibus, & quidem per medium in linea recta ab angulo interiori verſus exteriorem, inſuperque prædito ad angulum exteriorem foraminulo paulo majore. *Orificium* nullum viſibile, ni forte illa quinque foraminula per medium & iſtud ad angulum ejus loco ſunt, uti jam in aliis ſpeciebus ſuſpicati ſumus, & forſan etiam modo dictum foraminulum angulare ſimul ſiphoni pro apertura eſt.

hier und da etwas unterbrochen, gleichſam ausgeſchweift; die Mündungsfläche *iſt erhaben, ziemlich verlängert dreyeckig, mit einer faſt paraboliſch eingekrümmten Baſis; längs nach der Mitte hindurch in gerader Linie vom innern gegen den äuſsern Winkel befinden ſich fünf äuſserſt feine, auch mit einem guten Vergröſserungsglas kaum bemerkbare durchbrochene Puncte oder Löchlein, und auſser dieſem noch am äuſsern Winkel ein etwas gröſseres. Von einer* Mündung *iſt nichts zu ſehen, wenn nicht etwa jene fünf kleine Löcher durch die Mitte und das am Winkel liegende gröſsere derſelben Stelle vertreten, wie wir bereits an andern Arten vermuthet haben; und vielleicht dienet auch gedachtes gröſsere zugleich dem Sipho zu ſeiner Öffnung.*

COLOR albeſcens.

PATRIA Concretiones Zoophyticæ maris mediterr.

MENSURA ¼ lin. diam. long.

FARBE weiſslich.

VATERLAND zoophytiſche Concretionen des mittelländiſchen Meeres.

GRÖSSE ¼ Linien gröſserer Durchmeſſer.

Nota. Hæc ſpecies admodum appropinquat Nautilo criſpo, ita ut pro ſola ejus varietate haberi fere poſſet; ſed differt præſertim forma valde compreſſa, non orbiculari, neutiquam declivi, & nullo umbilico, nec depreſſo, nec prominente. Nomen ei dedimus in relatione ad Naut. criſpum, qui multo craſſior eſt.

Anmerk. *Dieſe Art nähert ſich ſehr ſtark dem* krauſen Schiffer *ſo, daſs man ſie bloſs für eine Abänderung deſſelben halten könnte; ſie unterſcheidet ſich aber von ihm hauptſächlich durch ihre ſehr zuſammen gedrückte Geſtalt, dadurch, daſs ſie nicht kreisrund iſt, auch nichts weniger als jähe in der Dicke abfällt, und keinen, weder vertieften noch hervorſtehenden, Nabel hat. Den Nahmen haben*

wir ihr gegeben in Vergleichung mit dem krauſen Schiffer, der weit dicker iſt.

VARIETAS β

ZWEYTE ABÄNDERUNG

TAB. 10. Fig. *h. i. k.*

Differt a præcedente varietate eo, quod teſta ſit ventricoſior, ſtriæ pauciores (hic ſolummodo ſeptemdecim in anfractu extimo conſpicuo); planum orale brevius, nullis foraminulis per medium ſeriatis conſpicuis pertuſum, niſi ultimo ad angulum exteriorem ſito (forſan cetera propter magnam eorum puſillitatem oculis aufugiunt). De reliquo hæc varietas ſtructura ventricoſiore adhuc magis accedit ad Nautilum criſpum, quam præcedens, & quaſi media inter hunc & priorem varietatem eſt; ſed ab eo præſertim umbilico nullo, cum omnes ſtriæ in uno puncto convergant, & ambitu repandiori diſcedit, hisque duobus criteriis magis cum antecedente varietate convenit.

Dieſe weicht von der vorigen dadurch ab, daſs die Schale bauchiger iſt, die Streifen weniger, (hier bloſs ſiebzehn an der äuſserſten Windung) ſind, die Mündungsfläche kürzer, und mit keinen kleinen über die Mitte gereiheten, wenigſtens nicht ſichtbaren Löchern, das letzte an dem äuſsern Winkel ausgenommen, verſehen iſt (vielleicht entziehen ſich die andern wegen ihrer Kleinheit dem Geſichte). Übrigens rückt dieſe Abänderung durch ihren aufgetriebenern Bau zum krauſen Schiffer noch näher als die vorherige, und macht gleichſam von ihm den Übergang zu erſterer; ſie unterſcheidet ſich aber von ihm hauptſächlich durch die Abweſenheit des Nabels, indem alle Streifen in einen Punct zuſammen laufen, und ſodann auch durch den ausgeſchweiftern Umkreis, durch welche beyde Kennzeichen ſie mehr mit der vorhergehenden Varietät überein kommt.

COLOR & PATRIA ut ſupra.

FARBE und VATERLAND wie oben.

MENSURA $\frac{1}{4}$ lin. diam.

GRÖSSE $\frac{1}{4}$ Linie im Durchmeſſer.

NAUTILUS CALCAR.

DER SPORN-SCHIFFER.

TAB. 11. Fig. *a.* — *k.* TAB. 12. Fig. *a.* — *k.* TAB. 13. Fig. *a.* — *l.*

Linn. *Syſt. Nat. edit. XII. p.* 1162. *ſp.* 274.
——— *XIII. Gmel. p.* 3370. *ſp.* 2.
Schröter *Einleit. Conch. Kenntn. I. Bd. p.* 9. *II.*
Schreibers *Conch. Kenntn. I. Bd. p.* 2. *II.*

Forma hujus ſpeciei ita comparata eſt ejusque varietates tam multiplices, ut fere impoſſibile videatur, characterem ſpecificum erui poſſe, quo hæc ſpecies a reliquis congeneribus diſtingueretur & tamen nulla varietas excluderetur. Præ ceteris, ni fallimur, pro vera differentia ſpecifica aſſumere poſſumus hanc, quod teſta hujus Nautili a centro tumido verſus marginem acute carinatum valde declivis ſit, etſi confitendum, noſtram ſpeciem hac ſtructura ad Nautilum criſpum valde appropinquare, qui vero aliis criteriis ex. gr. thalamis anguſtioribus itaque pluribus & alio modo flexis &c. ſatis differt. Hæc itaque major diſſepimentorum diſtantia pauciorque numerus alterum criterium eſt, quo ſpecies noſtra a reliquis diſtinguitur. Tertium criterium

Die Geſtalt dieſer Art iſt von einer ſolchen Eigenſchaft und ihre Abänderungen ſo vielfach, daſs es faſt unmöglich ſcheint, ein ſpecifiſches Kennzeichen heraus zu bringen, wodurch ſie von ihren übrigen Geſchlechtsverwandten unterſchieden und doch keine Varietät ausgeſchloſſen würde. Am erſten möchte dieſs noch eine ſpecifiſche Differenz abgeben können, daſs die Schale dieſes Schiffers vom hoch erhabenen Mittelpunct gegen den ſcharf gekielten Rand hin ſehr jähe abnimmt. Gleichwohl muſs man geſtehen, daſs dieſe Art ſich hierdurch dem krauſen Schiffer ſtark nähert, der hingegen durch andere Merkmahle z. B. durch engere und folglich mehrere und anders gebogene Kammern u. ſ. f. ſich hinlänglich unterſcheidet. Dieſe gröſsere Entfernung der Scheidewände von einander und

in eo consistit, quod testa utrinque mammilla centrali sive umbilico magno prominulo, sed planiusculo, prædita sit. Denique quarto discedit a plurimis aliis orificio parvo rotundo substellari seu verrucæformi. Interea non plane omnes varietates latera habent valde elevata, varietas enim secunda compressior est ceteris; neque umbilicus semper integer & lævis, cum in varietate 8 & 1 loco umbilici adsint granula, & in var. x. umbilicus plane absit.

ihre geringere Anzahl ist also das zweyte Merkmahl, wodurch unsere Art von andern abgeht. Ihr drittes Merkmahl bestehet darin, dass sie auf beyden Seiten in der Mitte mit einer grosen runden Warze oder einem etwas hervorragenden, aber ziemlich flachen, Nabel versehen ist. Endlich zum vierten unterscheidet sie sich von den meisten andern durch eine kleine runde fast stern- oder warzenförmige Mündung. Inzwischen haben nicht alle Abänderungen stark erhabene Seiten, indem die zweyte zusammen gedrückter ist, als die übrigen; auch der Nabel ist nicht allezeit ganz und glatt, indem bey der 4ten und 9ten Abänderung (δ. u. ι.) an der Stelle des Nabels mehrere Körner sich befinden und bey der zehnten (κ.) der Nabel gar fehlet.

Ad evitandam omnem, quæ exinde exoriri posset, ambiguitatem & confusionem, optimum nobis visum est, ex multifariis varietatibus præcipuas eligi, earumque unam, secundum quam Linnæus sine dubio nomen suum composuerit, quoad omnes proprietates primum describi, atque reliquas solummodo eatenus afferri, quatenus quælibet a ceteris discedat.

Einer allenfalls hieraus zu besorgenden Undeutlichkeit und Verwirrung vorzubeugen, ist für das Rathsamste befunden worden, unter den vielerley Varietäten die vorzüglichsten heraus zu heben, eine davon, nach welcher Linné ohne Zweifel seinen Nahmen gebildet haben mag, nach ihren Eigenschaften zu beschreiben, und die übrigen nach einander nur in so fern anzuführen, in wie fern sich jede von der andern unterscheidet.

VARIETAS a. ERSTE ABÄNDERUNG.

TAB. 11. Fig. *a. b. c.*

TESTA ſpiralis involuta, orbicularis, a centro tumido verſus marginem ſeu dorſum acute carinatum valde declivis; *anfractibus* duobus lævibus; iſthmis paucis, in extimo anfractu ſeptem conſpicuis, antrorſum mediocriter convexis, extus colore cœruleſcente transparentibus leviterque elevatis; mammilla centrali ſeu *umbilico* utrinque magno lævi prominulo ſatis depreſſo; *dorſo* circumdato margine membranaceo lato ſpinoſo, ſpinis novem compreſſis, partim longis ſubæqualiter diſtantibus; *plano orali* ſubtriangulari, cruribus introrſum parum incurvatis, baſi in angulum valde introrſum retracta; *orificio* in angulo externo ejus plani, parvo rotundo ſubſtellari ſ. verrucæformi, lineolis inciſis radiantibus.

COLOR naturalis albus ſ. margaritaceus, in foſſilibus vero a terra ferruginea rubida, qua farctæ ſunt teſtæ, transparente, vel eas extus inquinante, aut dilute, aut obſcurius cupreus.

Die SCHALE iſt ſchnirkelförmig eingerollt, kreisrund, und fällt von dem ſtark erhabenen Mittelpuncte gegen den ſcharfwinkelig gekielten Rand oder Rücken ſehr jähe ab; hat zwey glatte Windungen, *wenig* Scheidewände, *in der äußern Windung nur ſieben ſichtbare, die vorwärts mittelmäßig gewölbt, auswendig etwas erhaben ſind und bläulich durchſcheinen; die* Beule *oder der* Nabel *auf beyden Seiten iſt groß, glatt, etwas heraus ragend und ſtark platt gedrückt; der* Rücken *iſt mit einem hautdünnen, breiten und ſtacheligen Rande umgeben; die neun Stachel ſind zuſammen gedrückt, zum Theil lang, ziemlich gleichweit von einander entfernt; die* Mündungsfläche *macht faſt ein Dreyeck, deſſen Schenkel ein wenig einwärts gekrümmt ſind, und die Baſis in einen Winkel ſtark einwärts gezogen; die* Mündung *iſt im äußern Winkel der Mündungsfläche, klein, rund, etwas ſtern- oder warzenförmig, mit eingeſchnittenen ſtrahligen kleinen Linien.*

FARBE der natürlichen weiß oder perlfarb, bey den foſſilen aber bald heller, bald dunkler kupferbraun, von der röthlichen eiſenſchüſſigen Erde, womit die Schalen angefüllet ſind, die durch ſolche durchſcheinet, oder außen an ihnen klebet.

PATRIA mare adriaticum, præſertim in littore ariminenſi, foſſilium Coroncina in terra ſenenſi Hetruriæ. Hujus varietatis ſpecimina foſſilia quidem a Dno. Abbate *Soldani* in ſedimento nobis miſſa, at neque in ejus *Saggio orittografico*, neque in *Teſtaceographia* repræſentata ſunt ſpinoſa, ſed ſolummodo dentata, & ſequentis varietatis margine integro prædita.

VATERLAND das adriatiſche Meer, vorzüglich am riminiſchen Geſtade; der foſſilen Coroncina bey Siena im Toscaniſchen. Von dieſer Varietät ſind zwar vom Hrn. Abt Soldani *einige Stücke im Sediment uns überſchickt, allein weder in ſeinem* Saggio orittografico, *noch in der* Teſtaceographia *abgebildet worden, ſondern bloß die gezähnelte und die von der folgenden Abänderung mit ganzem Rande.*

MENSURA $\frac{1}{2}$ — 2 $\frac{1}{2}$ lin. diam.

GRÖSSE $\frac{1}{2}$ — 2 $\frac{1}{2}$ *Linie im Durchmeſſer.*

VARIETAS β. *ZWEYTE ABÄNDERUNG.*

TAB. 11. Fig. *d. e. f.*

Jan. Planc. *Conch. edit.* 2. *p.* 85. *tab.* 1. *fig.* 12. *S. T. V. & fig.* 13. *z. Z.* (*rudes*).
Martini *Conch. Cab. Bd.* 1. *tab.* 20. *fig.* 180. 181. (*rud. ex Planco*).
Soldani *Saggio orittogr. tab.* 1. *fig. g. G.*
——— *Teſtaceogr. T. I. P. I. tab.* 33. *fig. B.*

TESTA lævis, compreſſior ceteris, iſthmis & umbilico prominulo lævibus, margine membranaceo integerrimo.

Die SCHALE iſt glatt, mehr zuſammen gedrückt, als die übrigen, die Scheidewände *und der ein wenig vorragende* Nabel *ſind auch glatt, der Rand dünnblätterig und ganz.*

COLOR, PATRIA & MENSURA ut in variet. præced. quandoque adhuc majoris molis.

FARBE, VATERLAND u. GRÖSSE wie bey der erſten Varietät, manchmahl noch größer.

VARIETAS γ. *DRITTE ABÄNDERUNG.*

TAB. 11. Fig. g. h.

TESTA lævis, iſthmis granulatis, umbilico prominulo lævi, margine membranaceo ſpinoſo, ſpinis ſeptem, ſed brevioribus, quam in variet. α.

COLOR & PATRIA, ut ſupra, ſed tantæ magnitudinis nondum hujus varietatis obvenerunt ſpecimina, quam in præcedentibus.

Die SCHALE iſt glatt, die Scheidewände *ſind mit Körnern beſetzt; der etwas hervorragende* Nabel *glatt, der Saum dünnblätterig und ſtachelig, mit ſieben* Stacheln, *die aber kürzer ſind, als in der erſten Abänderung.*

FARBE und VATERLAND wie oben, die GRÖSSE aber iſt bey dieſer Varietät noch nicht ſo anſehnlich vorgekommen, wie bey den vorigen.

VARIETAS δ. *VIERTE ABÄNDERUNG.*

TAB. 11. Fig. i. k.

TESTA lævis, *iſthmis & umbilico* granulatis, margine membranaceo dentato, dentibus octo planatis ſubæqualiter longe diſtantibus.

COLOR, PATRIA & MENSURA ut proxime præcedens.

Die SCHALE iſt glatt, die Scheidewände *und der* Nabel *ſind gekörnt, der Saum dünnblätterig und gezähnelt, die acht Zähne ſind platt, weit, aber etwas ungleich von einander abſtehend.*

FARBE, VATERLAND u. GRÖSSE wie nächſt vorher gehende.

VARIETAS ε. FÜNFTE ABÄNDERUNG.

TAB. 12. Fig. *a. b. c.*

Soldani *Saggio orittogr. p.* 98. *tab.* 1. *fig.* 6. *f.*
——— *Teſtaceogr. T. I. P. I. tab.* 59. *fig. qq. rr.*

hac differentia, quod harum figurarum margo dentatus; noſtri exemplaris vero ſpinoſus ſit.

mit dem Unterſchied, daſs an dieſen Figuren der Rand gezähnt, an unſerm Beyſpiele aber ſtachelig iſt.

TESTA denſe minutim granulata, excepto ultimo articulo ſeu thalamo, hoc iſthmisque & umbilico lævibus, margine membranaceo ſpinoſo & partim ſubtiliter crenato, ſpinis octo æqualiter diſtantibus acutis, duabus valde longis.

Die SCHALE iſt mit ſehr kleinen Körnern dicht beſetzt, das letzte Glied oder Kammer ausgenommen, dieſes, die Scheidewände und der Nabel ſind glatt, der häutig dünne Saum iſt ſtachelig und zum Theil fein gekerbt, die acht Stachel ſind gleichweit von einander entfernt, ſpitzig, zwey davon ſehr lang.

COLOR, PATRIA & MENSURA ut ſupra.

FARBE, VATERLAND u. GRÖSSE wie oben.

Nota. Hæc varietas non tam propter teſtam granulatam, quæ copioſius invenitur, quam præcipue ob ſpinas ſubtiles, attritui perfacile obnoxias, inter rariſſimas ponenda.

Huic tabulæ ſub lit. c. adjectæ ſunt duæ icones ſpinarum, quarum una ſpinam longam acutam cum fragmento marginis membranacei minutim crenati, altera vero breviorem latioremque latere leviſſime excavato repræſentat.

Anmerk. *Dieſe Varietät gehört nicht ſowohl wegen der gekörnten Schale, die ſich häufiger findet, als hauptſächlich wegen der feinen Stachel, die ſich leicht abſtoſsen, unter die ſeltenſten.*

Dieſer Tafel ſind zwey ſehr vergröſserte Abbildungen von Stacheln bey fig. c. *beygefügt, deren eine einen langen ſpitzigen Stachel mit einem Bruchſtück des blätterig dünnen fein gekerbten Saumes, die andere aber einen kürzern, breitern,*

auf einer Seite ſehr ſeicht ausgehöhlten Stachel vorſtellet.

VARIETAS 2. *SECHSTE ABÄNDERUNG.*

TAB. 12. Fig. *d. e. f.*

TESTA, *iſthmi & umbilicus* prominulus læves, margo membranaceus integer, *baſis* ſ. pars teſtæ anterior ex tribus quatuorve thalamis magis magisque antrorſum coarctatis compoſita, ad inſtar *roſtri* apice, in quo *orificium* ſubſtellare, ſubnodulari terminati *prolongata*, ſimulque in loco, ubi alias planum orale obſervatur, ſecundum ejus longitudinem angulis egreſſivis regreſſivisque & triangulis elongatis acutis alternantibus obtuſe triplicata. Dnus. Abbas *Soldani*, a quo originalia glebæ terreæ immixta venerunt, ſine dubio ejusmodi nautilos in Teſtaceographiæ T. I. P. I. tab. 58. fig. *gg. hh. ii. kk. mm.* & tab. 59. fig. qq., quos pag. 64 *Nautilos carinatos*, ut & *Lenticulas* nuncupavit, iconibus repræſentari voluit. Sed icones iſtæ aut non ſatis fideliter elaboratæ, aut nulla noſtris ſatis ſimilia inventa ſunt exemplaria; etenim icones ibidem æri inciſæ partem roſtratam multo breviorem monſtrant, quam in noſtris ſpeciminibus ea reperitur, inſuperque eadem minus exacte delineata eſt.

